Bach, Nicolaus
Questionum elegiacarum, specimen primum

QVÆSTIONVM ELEGIACARVM

SPECIMEN PRIMVM.

QVO

PVBLICI EXAMINIS SOLENNIA

IN

GYMNASIO FVLDENSI

DIEBVS XVIII. XVIIII. XX. MENSIS MARTII A. MDCCCXXXVIIII.

RITE CELEBRANDA

INDICIT

NICOLAVS BACHIVS

PHILOSOPHIÆ DOCTOR GYMNASII DIRECTOR ET PROFESSOR.

FVLDÆ 1839.

TYPIS MVELLERIANIS.

'Αψευδεῖ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν.

ΠΙΝΔΑΡΟΣ.

DE PARODICA GRÆCORVM ELEGIA.

POLEMO apud Athenæum XV, 55. p. 698 sqq. recenset parodiarum scriptores Hipponactem (*εὑρετὴν τοῦ γένους*), Hegemonem, Epicharmum, Cratinum, Hermippum (qui parodias comœdiis inseruerunt), Matronem, Eubœum, Bœotum, Timonem, quorum tamen præter unum fortasse Timonem nemo parodias in distichorum formam redegisse videtur. Atqui *πολύμορφος ἡ ἐλεγεία* subinde eam quoque induit vestem versicolorem, ut vel res viles ac vulgares verbis gravibus atque heroicis exprimeret vel aliorum poetarum dicta e seriis in ridicula converteret vel omnino sententias pronuntiaret priorum poetarum dictis oppositas. [1]) Rectissime igitur Welckerus ad Theognidem p. LXXX observavit ipsam parodicæ poesis naturam ferre ut in gnomis imprimis sedem haberet. Gravitas enim, inquit, facillime provocat ludibrium, et morum præcepta si cui tædiosa veniunt non serio oppugnando sed cavillorum facetiis declinari vel procaciter propelli solent: longe maximam autem ad illud genus vim habet iocandi ingenioliquc ostentandi innata homini cupido atque voluptas. Hinc omnino factum est ut, quo quæque paræneses maiorem nactæ essent auctoritatem, eo facilius in deteriorem et iocularem sensum detorquerentur.

Antiquissimus eorum poetarum qui elegiam *παρῳδικῶς* excoluerunt ASIVS Samius, Amphiptolemi filius, [2]) fuisse videtur, quem Athenæus III, 99 p. 125 B *ποιητὴν* designat *τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον*, quanquam nemo veterum scriptorum memoriæ prodidit quonam temporis spatio ille floruerit. Hoc tamen verisimillimum esse videtur Asii ætatem haud ita multum ab Olympiadum initio abfuisse, propterea quod Pausanias IIII, 2, 1 eum ordinem servavit, ut post Hesiodi Eœas et carmen Naupactium una cum Cinæthone qui floruit Olympiade tertia [3]) Asium quoque laudaret genealogiarum poetam: *Πυθέσθαι δὲ σπουδῇ πάνυ ἐθελήσας οἵτινες παῖδες Πολυκάονι ἐγένοντο ἐκ Μεσσήνης ἐπελεξάμην τάς τε Ἠοίας καλουμένας καὶ τὰ ἔπη τὰ Ναυπάκτια, πρὸς δὲ αὐτοῖς ὁπόσα Κιναίθων καὶ Ἄσιος ἐγενεαλόγησαν.*

1) Quintilianus I. O. VI, 3, 96 sq. Adiuvant urbanitatem et versus commode positi, — seu verbis ex parte mutatis, — seu ficti notis versibus similes, quæ *παρῳδία* dicitur. cf. A. Weland de præcipuis parodiarum Homericarum scriptoribus apud Græcos (Gottingæ 1833) p. 6 sqq.

2) Pausanias VII, 4, 2. cf. II, 6, 2. ubi tamen codices habent *Ἄγις* pro *Ἄσιος*, Va. *Ἀμφιπολέμου*, M *Ἐμφιπολέμου*, Pc. Lb. *Ἐμφιπτολέμου* pro *Ἀμφιπτολέμου*.

3) Vid. Clintonis fast. Hell. Vol. I p. 155.

Iam velut Asius iocosa quadam magniloquentia usus versibus heroicis comicum illum Margitæ colorem induxit, qualis apparet imprimis fragmento apud Athenæum XII, 30 p. 525 F servato:

Οἱ δ' αὔτως φοιτέεσκον, ὅπως πλοκάμους κτενίσαιντο,
εἰς Ἥρης τέμενος, πεπυκασμένοι εἵμασι καλοῖς,
χιονίοισι χιτῶσι, πέδον χθονὸς εὐρέος ἄχρι,
χαῖται δ' ἠωρεῦντ' ἀνέμῳ χρυσέοις ἐνὶ δεσμοῖς,
χρύσειαι δὲ κορύμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες ὥς,
δαιδάλεοι δὲ χλιδῶνες ἀρηρότες ἀμφοτέρωθεν,
ἀμφιβραχιονίσαντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.

ita disticha quæ hodie supersunt declarant eundem poetam res serias elegiaco metro ad iocosum atque ridiculum argumentum detorsisse. Versibus enim impariter iunctis, ut originem splendoremque carminum Homericorum celebraret, Cnisocolacem, nescio an obscuræ cuiusdam vel potius parasiticæ poetarum scholæ coryphæum, ad Meletis qui Homeri pater fuit nuptias accedentem fingit hospitem invocatum, qui cum Homero comparatus claudicare (*χωλός*, i. e. incomposito pede currere et mendosis versibus uti) atque senex esuriens mendicare (*πολυγήραος, ἴσος ἀλήτῃ, ζωμοῦ κεχρημένος*, i. e. poeta obsoletus, qui quum ipse ingenio poetico ac divite vena careret parasitorum instar alienis dapibus fruebatur tanquam suis) videretur. Quæ si vera est interpretatio, *ἥρως βορβόρου ἐξαναδὺς* non alius esse debet nisi ipse ille *Κνισοκόλαξ*, qui iocose *κατ' ἀντίφρασιν* vocatur *heros* e limo ascendens, i. e. ex vulgo poetarum infimaque plebe oriundus. Sequitur parum probabilem esse Welckeri rationem, cui in libro de cyclo epico p. 141 sq. heros ille Meles ipse fuisse videtur: Quis enim, inquit, heros *βορβόρου ἐξαναδὺς* potest esse nisi Meles Amnis qui nuptias celebrat? At vir acutissimus non satis secum reputavit a Melete Amne, cui Pausanias VII, 5, 6 tribuit *κάλλιστον ὕδωρ*, alienissimum esse vocabulum *βόρβορος*. Vt paucis fungar, ipsa orationis concinnitas et grammatica ratio suadet ut sententia *ἐν δὲ μέσοισιν ἥρως εἱστήκει βορβόρου ἐξαναδὺς* referatur ad verba quæ proxime præcedunt *ἄκλητος, ζωμοῦ κεχρημένος*. *Ἄκλητος* autem non fuit *Μέλης*, quippe qui ipse nuptias celebraret, sed *Κνισοκόλαξ*, id quod Welckerus quoque sagacissime exposuit. [4])

Simplicissimum idemque innocentissimum parodicæ elegiæ genus est quod semel saltem adhibuit SOLO Atheniensis, qui ad Mimnermi de summa hominum ætate disticha respiciens sententiam proposuit Colophonio poetæ adversatam. Nam Diogenes Laertius I, 60. quum Mimnermus dixisset:

Αἲ γὰρ ἄτερ νούσων τε καὶ ἀργαλέων μελεδώνων
ἑξηκονταέτη μοῖρα κίχοι θανάτου·

[4]) L. c. p. 145. „Das Wort *ἄκλητος* nœthigt sogar gewissermaſsen einen Sänger zu verstehen, da eigentliche Betler nie geladen werden, keine Classe aber die auch geladen wurde sich je bettelhaft zudrängen konnte auſser den Sängern.“

Solonem illi respondisse ait:

> Ἀλλ' εἴ μοι κἂν νῦν ἔτι πείσεαι, ἔξελε τοῦτο,
> μηδὲ μέγαιρ' ὅτι σεῦ λῷον ἐφρασάμην,
> καὶ μεταποίησον, Λιγυαστάδη, ὧδε δ' ἄειδε·
> ὀγδωκονταέτη μοῖρα κίχοι θανάτου.

Præterea Solo apud Plutarchum comp. Solon. et Poplic. c. 1. τοῖς περὶ Μίμνερμον ἀντειπὼν περὶ χρόνου ζωῆς ἐπιπεφώνηκε·

> Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
> καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Vnde apparet Mimnermi quoque sententiam Solonis dicto repugnantem in eadem elegia olim esse lectam, quam Ennius ante oculos habuisse videtur: Cicero enim de Senectute c. 20, 73 Solonis quidem sapientis elegium [5]) laudans, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum et lamentis vacare, haud scit an melius Ennius: *Nemo me lacrumis decoret, neque funera fletu faxit.* Idemque Cicero Tusc. I, 49, 117. «Quodsi fiat, melior Enni quam Solonis oratio. hic enim noster,

> *Nemo me lacrumis decoret*, inquit, *nec funera fletu*
> *faxit.*

at vero sapiens ille:

> *Mors mea ne careat lacrumis: linquamus amicis*
> *mœrorem ut celebrent funera cum gemitu.*"

Facile intelliges Ennium a Mimnermi partibus stetisse, cuius etiamsi non ipsa verba sententiam tamen in Latinum sermonem convertisse censendus est. Iam velut alia Mimnermi aliorumque poetarum, Tyrtæi, Solonis, Eueni fragmenta in Theognidis farraginem redundarunt, ita apud eundem Theognidem versu 1069 obvium est distichum, quod et colorem traxit Mimnermianum et ad argumentum illud proxime accedit:

> Ἄφρονες ἄνθρωποι καὶ νήπιοι, οἵτε θανόντας
> κλαίουσ' οὐδ' ἥβης ἄνθος ἀπολλύμενον. [6])

In Ennii verbis austerus quidam et rigidior inest vitæ habitus, iucundior autem atque mollior sermonis tenor, floridior et hilarior vitæ imago in Græco exemplari perspicua, quod tamen vix a Theognide, gravissimo illo severioris disciplinæ assertore, profectum esse potest, Mimnermo longe dignissimum, quippe cui sine amore iocisque nihil fuerit iucundum.

[5]) i. e. ἐλεγεῖον, i. q. distichum. Vulg. elogium, quod tueri conatus est L. Dœderlein. Synonym. IIII p. 11.

[6]) Hoc iudicium, quod primus tuli anno 1829 in Epimetro V ad Philetæ editionem p. 264, anno 1834 confirmavit Theodori Bergkii acumen in Zimmermanni diario philolog. num. 53.

CRATES Thebanus, Ascondæ filius, philosophus cynicus, qui floruit circa Olympiadem CXIII[7]), præter alia ingenii monumenta poetica (*Μουσικὰ παίγνια*) [8]) etiam elegiacos composuit lusus, quorum ille est notatu dignissimus qui versatur in Solonis elegia *παρῳδικῶς* deflexa (fragm. 1), ea quidem teste Iuliano orat. VI p. 199 *ἐκ τῶν παιγνίων Κράτητος* repetita.

Quemadmodum Crates Solonis elegiam in parodicam formam redegit, ita eundem aliorum quoque poetarum carmina eodem modo attigisse vero sane simillimum est. Iam in Anthologia Planudea p. 16 St. quinque disticha (fragm. 2) exstant sic inscripta: *Ποσειδίππου* [9]), *οἱ δὲ Κράτητος τοῦ κυνικοῦ*, quocum titulo consentit lemma in Stobæi florilegio LXXXXVIII, 57 p. 535 vulgo ad *Cratetem* relatum ante Gaisfordium, qui ipse ex A & Trinc. dedit *Ποσειδίππου* altero lemmate temere omisso. Denique in Anthologia Palatina VIIII, 359 inscribitur *Ποσειδίππου, οἱ δὲ Πλάτωνος τοῦ κωμικοῦ παραίνεσις εἰς τὸν βίον χρησιμ. ἀποτρεπτική.* Quæ quum ita sint, veteres ipsi iam dubitasse videntur cuinam auctori elegidium illud adscriberent, ita ut in medio positum sit iudicium, quod tamen ad Cratetem potius quam ad alios qualescunque poetas inclinat propter parodicum carminis argumentum idque oppositum Metrodori cuiusdam distichis in Anth. Pal. VIIII, 560. *ἐκ τοῦ ἐναντίου προτρεπτικὴ εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν Μητροδώρου·*

Παντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον· εἰν ἀγορῇ μὲν
κύδεα καὶ πινυταὶ πρήξιες, ἐν δὲ δόμοις
ἄμπαυμ', ἐν δ' ἀγροῖς φύσιος χάρις, ἐν δὲ θαλάσσῃ
κέρδος, ἐπὶ ξείνης ἢν μὲν ἔχῃς τι, κλέος,
ἢν δ' ἀπορῇς, μόνος οἶδας· ἔχεις γάμον; οἶκος ἄριστος
ἔσσεται· οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐλαφρότερον.
τέκνα πόθος, ἄφροντις ἄπαις βίος· αἱ νεότητες
ῥωμαλέαι, πολιαὶ δ' ἔμπαλιν εὐσεβέες.
οὐκ ἄρα τῶν δισσῶν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
μηδέποτ' ἢ τὸ θανεῖν· πάντα γὰρ ἐσθλὰ βίῳ.

Paullo aliter eandem materiam tractavit Iulianus Ægyptius in Anth. Pal. VIIII, 446. *Ἡδέα πάντα κέλευθα λάχεν βίος κ. τ. λ.* Hoc quidem valde dubium, uter prius vixerit, Crates an Metrodorus, quandoquidem huius ætatem prorsus incompertam habemus: [10]) sed etiamsi ponamus Metrodorum inferioris esse ætatis, sana tamen ratio declarat illud potius quod Crateti vindicavimus quam Metrodori eligidium traxisse parodicum colorem [11]) eumque a cynico philosopho minime

[7]) Diogenes Laert. VI, 85. 87. *Κράτης Ἀσκώνδου Θηβαῖος. καὶ οὗτος τῶν ἐλλογίμων τοῦ κυνὸς μαθητῶν. — ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν τρίτην καὶ δεκάτην καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα.* cf. Clinton. fast. Hell. II p. 169 ed. Krüger.

[8]) Vid. Diog. Laert. VI, 35 et Brunckii Analecta I p. 186 sqq.

[9]) De hoc epigrammatographo disputavit Iacobsius catalogo poetarum epigrammaticorum p. 942 sq.

[10]) Vid Iacobsii catalog. poetarum epigr. p. 917.

[11]) Etiam Lobeckius, qui nihil non accuratissime perpendere solet, ad Sophoclis Aiac. 1207 p. 458 ed. II. Cratetis sive Posidonii elegiam appellavit parodiam, non Metrodori.

abhorrentem. Metrodorus autem quam extremo disticho pronuntiavit sententiam, οὐκ ἄρα τῶν δισσῶν κ. τ. λ. non Crateti sive Posidippo sive Platoni comico debuit opponere, sed ea omnino dicto illi antiquitus tradito potuit repugnare sive Sileni sive Graiorum cuiuscunque. Quam ob rem Crates aut ipsius Metrodori, si quidem ætate superior fuit Metrodorus, aut alius nescio cuius poetæ carmen illi haud dissimile ante oculos habuisse censendus est.

Eiusdem Cratetis φακῆς ἐγκώμιον a Demetrio Phalereo de eloquutione §. 170 ita laudatur ut ad comicum vel parodicum argumentum referendum esse appareat: Χρήσονται δέ ποτε καὶ οἱ φρόνιμοι γελοίοις πρός τε τοὺς καιρούς, οἷον ἐν ἑορταῖς καὶ ἐν συμποσίοις καὶ ἐν ἐπιπλήξεσι δὲ πρὸς τοὺς τρυφερωτέρους, ὡς — ἡ Κράτητος ποιητική· καὶ φακῆς ἐγκώμιον ἂν ἀναγνῴη τις ἐν τοῖς ἀσώτοις· τοιοῦτος δὲ ὡς τὸ πλέον καὶ ὁ κυνικὸς τρόπος. Iam vero quæritur utrum illud carmen elegiacum fuerit an hexametrum, propterea quod fragmentum 3 inde procul dubio depromptum et in distichi et in continuorum hexametrorum formam redigere licet.

Postremo Iulianus orat. VI p. 199 ex Cratetis hymno in Frugalitatem (καὶ ὁ Κράτης μέντοι πεποίηκε ὕμνον εἰς τὴν Εὐτέλειαν) distichum servavit quod transiit etiam in Anthologiam Pal. X, 104 et tertio quidem versu auctum (fragm. 4).

TIMO Phliasius, philosophus scepticus, qui floruit circa Olympiadem CXXV Ptolemæo Philadelpho regnante, [12]) præter tragœdias, comœdias, dramata satyrica conscripsit sillos, quibus philosophos eorumque placita iocosa quadam severitate formaque Homerica derisui habuisse narratur. [13]) Iam probabiliter Welandus de præcipuis parodiarum Homericarum scriptoribus p. 52 sillorum nomen in omnia carmina ridendo castigantia quadrare negans iis tantum quæ in hominum dogmata sive mythologica sive philosophica invehantur assignari ostendit Xenophanis Timonisque exemplo, ita ut *sillos* haud inepte vocare possis *didacticas parodias*: «Timonem vero, ut erat acerrimi ingenii (ἦν δὲ καὶ ὀξὺς νοῆσαι καὶ διαμυκτηρίσαι Diogen. Laert. VIIII, 115), fugere non potuerunt quæ parum certa essent in dogmaticis philosophorum systematis. De quibus iudicium tulit plerumque sane maledicum, sed tamen munere ita functus est ut in plerisque rem acu tactam esse fatearis.» Vnum Pyrrhonem magistrum eximia piaque laude prosequutus est Timo, ὁ προφήτης τῶν Πύρρωνος λόγων (Sext. Emp. adv. Math. I, 53), etiam in sillis teste Diogene Laertio VIIII, 64 sq. Πύρρων ζηλωτὰς εἶχε πολλοὺς ἀπραγμοσύνης, ὅθεν καὶ ὁ Τίμων περὶ αὐτοῦ φησὶν οὕτως — ἐν τοῖς σίλλοις·

[12]) Vid. Clinton. fast. Hell. III p. 3 et 495.

[13]) Diogen. Laert. VIIII, 111. τῶν δὲ σίλλων τρία [βιβλία] ἐστίν, ἐν οἷς ὡς ἂν σκεπτικὸς ὢν πάντας λοιδορεῖ καὶ σιλλαίνει τοὺς δογματικοὺς ἐν παρῳδίας εἴδει. cf. Weland. de praecipuis parodiarum Hom. scriptoribus p. 54 sqq.

Ὦ γέρον, ὦ Πύῤῥων, πῶς ἢ πόθεν ἔκδυσιν εὗρες
λατρείης δοξῶν τε κενοφροσύνης τε σοφιστῶν
καὶ πάσης ἀπάτης πειθοῦς τ' ἀπελύσαο δεσμά;
οὐδὲ μέλει σοι ταῦτα μεταλλῆσειν τίνος αὖραι
Ἑλλάδ' ἔχουσι, πόθεν δὲ καὶ εἰς ὅ τι κύρει ἕκαστα.

καὶ πάλιν ἐν τοῖς ἰνδαλμοῖς· Τοῦτό μοι, ὦ Πύῤῥων, ἱμείρεται ἦτορ ἀκοῦσαι, κ.τ.λ. Ipsum quidem hoc sesquidistichum nullam prorsus parodicam formam præ se ferre videtur, sed quemadmodum priori illo fragmento hexametro in *λατρείην δοξῶν τε κενοφροσύνην τε σοφιστῶν* contumeliose invectus est ipsisque Pyrrhonis laudibus acerbissima in sophistas convicia immiscuit, ita Timo versibus impariter iunctis Pyrrhonis vitam non solum simpliciter celebrasse atque laudibus extulisse sed magistri placitis aliorum philosophorum sententias opposuisse eaque qua solet verborum amaritudine perstrinxisse censendus est. Accedit quod *ἰνδαλμῶν* inscriptio repetita esse videtur ab imaginibus sive parabolis quas poeta in auxilium vocavit ad parodicam distichorum vim confirmandam aliorumque philosophorum dogmata e seriis in ridicula contorquenda. Cui quidem coniecturæ quodammodo favet Aristoteles apud Eusebium præp. evang. XIIII p. 765 C. *ἐγένετο δὲ μαθητὴς αὐτοῦ [Πύῤῥωνος] Τίμων Φλιάσιος, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἐχόρευεν ἐν τοῖς θεάτροις, ἔπειτα δ' ἐντυχὼν αὐτῷ συνέγραψεν ἀργαλέας παρῳδίας καὶ βωμολόχους, ἐν αἷς βεβλασφήμηκε πάντας τοὺς πώποτε φιλοσοφήσαντας.* Hinc satis probabiliter colligitur Timonem omnino per poemata (non sola hexametra) venenatis facetiis nigroque sale defricuisse philosophos præter scepticos omnes.

Et hæc quidem hactenus. Nam quæ per Theognidis reliquias passim reperiuntur parodiæ elegiacæ eæque Welckeri iam crisi separatæ ab hac saltem scriptione scholastica abhorrent propter impudicos quibus gravissimæ accomodantur gnomicorum poetarum sententiæ puerorum amores. Ipsius autem Theognidis disticha in parodicum subinde sensum esse deflexa apparet vel ex glossa Hesychiana v. *Πολυπαίδης· παρῴδηται ἐκ τῶν Θεόγνιδος· Βόμβον ἐπαινήσω.* Maioris momenti est locus Philostrati in vitis sophistarum I, 5. *Οἶδα καὶ Φιλόστρατον τὸν Αἰγύπτιον Κλεοπάτρᾳ μὲν συμφιλοσοφοῦντα τῇ βασιλίδι σοφιστὴν δὲ προσρηθέντα, ἐπειδὴ λόγου ἰδέαν πανηγυρικὴν ἥρμοστο καὶ ποικίλην γυναικὶ ξυνών, ᾗ καὶ αὐτὸ τὸ φιλολογεῖν τρυφὴν εἶχεν, ὅθεν καὶ παρῴδουν τινὲς ἐπ' αὐτῷ τόδε τὸ ἐλεγεῖον·*

Πανσόφου ὀργὴν ἴσχε Φιλοστράτου, ὃς Κλεοπάτρᾳ
νῦν προσομιλήσας τοῖος ἰδεῖν πέφαται. [14])

quæ parodia haud dubie fluxit ex Theognidis disticho 215 sq. ad Philostratum philosophum Academicum iocylariter traducto:

Πουλύπου ὀργὴν ἴσχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ
τῇ προσομιλήσῃ τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.

[14]) De hac forma vid. C. L. Kayser. ad Philostrat. l. c. p. 168.

ΑΣΙΟΥ ΣΑΜΙΟΥ.

Athenæus III, 99 p. 125 B. D. *Κνισολοῖχος γάρ τις εἶ καὶ κατὰ τὸν Σάμιον ποιητὴν Ἄσιον τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον καὶ κνισοκόλαξ. — πάλιν ἐζήτει ὁ Οὐλπιανὸς ποῦ κεῖται ὁ κνισολοῖχος καὶ τίνα ἐστὶ τὰ τοῦ Ἀσίου ἔπη τὰ περὶ τοῦ κνισοκόλακος. τὰ μὲν οὖν τοῦ ΑΣΙΟΥ, ἔφη ὁ Μυρτίλος, ἔπη ταῦτ' ἐστί·*

Χωλός, στιγματίης, πολυγήραος, ἶσος ἀλήτῃ
ἦλθεν Κνισοκόλαξ, εὖτε Μέλης ἐγάμει,
ἄκλητος, ζωμοῦ κεχρημένος, ἐν δὲ μέσοισιν
ἥρως εἱστήκει βορβόρου ἐξαναδύς.

V. 1. *στιγματίης* iocosa quadam acerbitate appellatur poeta male notatus, quemadmodum *χωλός* claudicantes carminum pedes designat: *πολυγήραος* opponitur Homero nondum nato, ex nuptiis autem modo celebrandis aliquando prodituro. Ingeniosissime igitur Welckerus l. c. p. 145. «Wollte etwa Asios durch den verachteten Bettelsänger die Umwandlung anzeigen die der Stand durch den aus dieser Hochzeit entspringenden Homer erfahren, das Ansehen das derselbe genofs erheben und die Hoheit des Homer selbst feiern?" — *ἶσος* recte scribitur *προπερισπώμενος* in cod. P. quoniam syllaba penultima huius vocabuli apud poetas epicos et elegiacos antiquissimos semper producitur. Vulg. *ἴσος.*

V. 2. Cod. B. suppeditat *ἦλθεν κνισοκόλαξ,* quocum consentit C. omisso tamen *ν ἐφελκυστικῷ.* Schweighæuserus et Dindorfius ex codd. & edd. A. P. V. L. scripserunt *ἦλθεν ὁ κνισοκόλαξ.* Falso. Rectius enim hoc quoque Welckerus perspexit, scribendum esse *Κνισοκόλαξ* littera initiali quadrata, qua poetæ cuiusdam nomen proprium significaretur. Quod quidem nomen non ad solum Creophylum Samium, Asii, ut videtur, æqualem, sed ad familiam quandam *ἀοιδῶν* (vid. Wolfii prolegomena ad Homer. p. CXXXVIIII.) spectare videtur, unde Creophylus ipse *ὁ τοῦ Ὁμήρου ἑταῖρος* (Platon. civit. X p. 600 B.) originem duxisse censendus est. Præterea in cod. C. *κνισσοκόλαξ* scribitur duplicato *σ,* in ceteris *κνισοκόλαξ* quod confirmat Phrynichus in Bekkeri Anecdotis I p. 47, 40. *Κνισοκόλαξ, τὸν οὐδενὸς ἀμελοῦ κόλακα. τοῦ μεγίστου δὲ πλάτου.* cf. Draco Strat. p. 21, 4. Spitzner ad Homeri Iliad. I, 66. — *Μέλης* Homeri pater referente Plutarcho de vita Homeri c. 2. *υἱὸς δὲ ὑπ' ἐνίων λέγεται Μαίονος καὶ Κριθηΐδος, ὑπὸ δέ τινων Μέλητος τοῦ ποταμοῦ.* Antholog. Planud. IIII, 292. *υἱὲ Μέλητος Ὅμηρε κ. τ. λ.* Tzetzes in Iliad. p. 8, 20. *οἱ δοκιμώτεροί τε καὶ πλείους τῶν ἱστορικῶν κοινῶς ἀποδεδώκασι Μέλητος αὐτὸν τοῦ ποταμοῦ γεγονέναι καὶ Κριθηΐδος Νύμφης τινός.*

V. 3. *ἄκλητος,* i. e. hospes qui parasitorum instar invocatus apparebat in convivio nuptiali. — *ζωμοῦ κεχρημένος, insculi egens, insculi* (i. q. cibi atque potus) *desiderio captus*, ut in Homeri Odyss. XIIII, 124. *ἀλλ' ἄλλως κομιδῆς κεχρημένοι ἄνδρες ἀλῆται ψεύδοντ'.* Comicus autem atque parodicus huius loci color etiam augetur, si quis meminerit Odyss. I. 13. *τὸν δ' οἶον νόστου κεχρημένον ἠδὲ γυναικός.*

ΣΟΛΩΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ.

1.

Diogenes Laert. I, 60. *Φασὶ δ' αὐτὸν [ΣΟΛΩΝΑ] καὶ Μιμνέρμου γράψαντος, Αἲ γὰρ ἄτερ νούσων κ. τ. λ. ἐπιτιμῶντα αὐτῷ εἰπεῖν·*

Ἀλλ' εἴ μοι κἂν νῦν ἔτι πείσεαι, ἔξελε τοῦτο,
μηδὲ μέγαιρ' ὅτι σεῦ λῷον ἐφρασάμην,
καὶ μεταποίησον, Λιγυαστάδη, ὧδε δ' ἄειδε·
ὀγδωκονταέτη μοῖρα κίχοι ϑανάτου.

V. 1. Hermannus ad Viger. p. 922 ed. 4. «Multum, inquit, differt, κἀ νῦν an κἂν νῦν scribatur. Nam si illud scripsisset poeta, significaret sæpius Mimnermum sibi obtemperasse, et si nunc quoque audire velit, mutare versum quem posuerat debere; sin κἂν νῦν scripsit, contrarium dicit, nolle illum suam mutare sententiam, sed se optare ut id certe nunc tandem faciat.»

V. 2. σεῦ λῷον ἐφρασάμην Florens Christianus emendavit corruptam librorum scripturam σεῦ (Froben. σ' εὖ) τοῖον ἐπεφρασάμην, haud dubie profectam ex temeraria confusione litteracum *T* & *Λ*, *O* & *Ω*.

V. 3. Olim vulgabatur ἀγνιὰς ταδί suffragante codice Monacensi. Cod. Paris. B a Schuchio consultus exhibet ἄγεας, quocum consentit A prima manu, qui tamen recentiori manu correctum habet ἀγνιάς. Codd. Cantabrig. & Arund. ὀγδα ἐς, quod vitium haud dubie originem duxit ex oculorum negligentia temere ad sequentis versus initium (ὀγδωκονταέτη) aberrantium. Ex his autem corruptis librorum elementis ΛΓΥΛΑΣΤΛΗ alii alia emendandi pericula fecerunt, Meibomius et Brunckius λιγέως ταδί, Sopingius et F. A. Wolfius τάγνοι τόδι, omnium vero longe felicissimam conjecturam proposuit Theodorus Bergkius in Zimmermanni diario philolog. a. 1834 p. 427 et in commentationibus de reliquiis comœdiæ Atticæ antiquæ p. 334. Λιγυαστάδη, quo quidem nomine Mimnermus Ligyastæ filius designatur: nam sicut Ἱπποτάδης, Λωτάδης ab ἱππότης et Λώτης derivantur, ita a nomine Λιγυάστης oritur Λιγυαστάδης, forma patronymica, quam suppeditat Suidas v. Μίμνερμος Vol. II p. 856 ed. Berhard. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Λιγυαστάδης, unde depravata exstat scriptura in Suidæ codd. B. V. E. Λιγυμαστάδης A. Λιγυστιάδης. Iam Solo alloquitur Mimnermum, non sine iocosa quadam severitate, quemadmodum Λαερτιάδης et similia patronymica apud Homerum epica gravitate usurpantur.

V. 4. Solonis ἀπόφθεγμα· Ὅρα μακροῦ βίου τέλος Delphis inscriptum fuisse narratur in Theologum. arithm. p. 21. cf. Schol. ad Lucian. Phalarid. I, 7.

2.

Plutarchus comp. Solonis et Poplic. c. 1. *Τοῖς περὶ Μίμνερμον ἀντειπὼν περὶ χρόνου ζωῆς ἐπιπεφώνηκε* [*ΣΟΛΩΝ*]

Μηδέ μοι ἄκλαυστος ϑάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
καλλείποιμι ϑανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Idem distichum servavit Stobæus floribeg. CXXII, 3. cuius scripturam v. 2. καλλείποιμι præferendam esse duximus propter Ennii interpretationem *linquamus*. Plutarch. ποιήσαιμι.

ΚΡΑΤΗΤΟΣ ΘΗΒΑΙΟΥ.

ΠΑΙΓΝΙΑ.

1.

Iulianus orat. VI p. 199 ed. Spanh. *Ἵνα δὲ μή τις ὑπολάβῃ με ταῦτα ἄλλως λέγειν, ἐκ τῶν παιγνίων ΚΡΑΤΗΤΟΣ ὀλίγα σοι παραγράψω·*

Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα,
Μοῦσαι Πιερίδες, κλῦτέ μοι εὐχομένῳ.
χόρτον ἐμῇ συνεχῶς δότε γαστέρι, ἥτε μοι αἰεὶ
χωρὶς δουλοσύνης λιτὸν ἔθηκε βίον.

. . . .

ὠφέλιμον δὲ φίλοις, μὴ γλυκερὸν τίθετε.
χρήματα δ' οὐκ ἐθέλω συνάγειν κλυτά, Κανθάρου σῖτον
μύρμηκός τ' ἄφενος, χρήματα μαιόμενος,
ἀλλὰ δικαιοσύνης μετέχειν καὶ πλοῦτον ἀγινεῖν
εὔφορον, εὔκτητον, τίμιον εἰς ἀρετήν.
τῶν δὲ τυχὼν Ἑρμῆν καὶ Μούσας ἱλάσομ' ἁγνάς,
οὐ δαπάναις τρυφεραῖς, ἀλλ' ἀρεταῖς ὁσίαις.

Eadem disticha paullulum mutata leguntur apud eundem Iulianum orat. VII p. 213. *Τί δὲ οὐχὶ καὶ τοῦ Κράτητος μουσικὰ καὶ χαρίεντα φέρεται πολλὰ δόγματα τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ὁσιότητός τε καὶ εὐλαβείας; ἄκουε γοῦν αὐτὰ παρ' ἡμῶν, εἴ σοι μὴ σχολὴ γέγονε μαθεῖν ἐξ ἐκείνων αὐτά· Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς κ. τ. λ.*

V. 2. Hæc verbi *κλύειν* **cum dativo personæ constructio, quam exhibet etiam Solonis** *πρωτότυπον*, **rarior est atque in solis imperativis** *κλῦθι* **et** *κλῦτε* **et** *κέκλυτε* **reperitur. Homer. Iliad. V, 115.** *κλῦθί μοι, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, Ἀτρυτώνη.* **Hymn. in Apoll. 334.** *κέκλυτε νῦν μοι.* **Theognis 4.** *σὺ δέ μοι κλῦθι.* **13.** *εὐχομένῳ μοι κλῦθι.* **cf. Schæfer. ad Dionys. Hal. de compos. verb. p. 78. Rationem huius structuræ inde petendam esse crediderim, quod in locis supra propositis verbum** *κλύειν* **simul includit notionem** ***obediendi*** **vel** ***opitulandi***, *τοῦ πείθεσθαι ἢ τοῦ ἀρήγειν*, **ita ut dii vel homines quorum opem imploramus petentibus satisfaciant. Hinc factum est ut etiam** *ἀκούειν* **cum dativo iunctum candem acceperit vim in Homeri Iliad. XVI, 515 sq.** *δύνασαι δὲ σὺ πάντοσ' ἀκούειν ἀνέρι κηδομένῳ.* **cf. Matthiæ gramm. Græc. §. 392.**

V. 3. *χόρτος* **de animalium pastu ad humanum victum, eum tamen viliorem (quare Hipponax fragm. 20.** *δοῦλιος χόρτος*) **ita transfertur, ut ad ea quæ Solo sibi expetiverat,** *ὄλβον καὶ δόξαν ἀγαθήν*, **cum contemptu quodam atque cynica irrisione respiciatur. Iulianus priori loco exhibet** *χόρτον ἀεὶ συνεχῶς*, **altero autem** *ἐμῇ συνεχῆ*, **quod procul dubio ex homœoteleuto** *ἐμῇ* **profectum, quemadmodum** *ἀεὶ* **pro glossemate** *τοῦ συνεχῶς* **accipiendum est. Præterea Iulianus p. 213.** *καὶ δότε χωρὶς δουλοσύνης ἢ δὴ λιτὸν ἔθηκε βίον*, **qua quidem præstat altera quam recepimus scriptura.**

V. 4. Verba *χωρὶς δουλοσύνης* **ad parasitorum imprimis servitudinem respicere animadvertit F. Iacobsius: huc referenda etiam verba v. 6.** *μὴ γλυκερὸν τίθετε*, **quod parasitis et assentatoribus proprium. Quæ quam vera sit sententia docet parodia Cnisocolacis apud Asium, qui ad Meletis nuptias invocatus venit,** *ζωμοῦ κεχρημένος.*

V. 5. Hic pentameter quum respondeat tertio Solonis disticho:

εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρόν,
τοῖσι μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν,

probabile est unum tantum excidisse hexametrum, quo quales in hostem esse debeamus Crates enuntiasse censendus est: ille autem hexameter Iuliani iam tempore perisse videtur, quippe qui eum utroque loco omiserit.

V. 6. οἶτον Iulianus habet priori loco, cuius scripturæ interpretamentum esse videtur quod altero loco exstat ὄλβον. Illud Iacobsio interprete denotat vitam ærumnæ et querularum plenam. Democritus in Stobæi florilegio XVI, 16. Οἱ φειδωλοὶ τὸν τῆς μελίσσης οἶτον ἔχουσιν ἐργαζόμενοι ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι. Iam autem quinam sit κανθάρου οἶτος sive ὄλβος nemo adhuc expedivit. Weberus quidem interpretatus est *Mühen des Kæfers*, sed quid scarabæus hoc loco sibi velit in annotationibus prorsus intactum reliquit. Immo Κάνθαρος nomen proprium proverbialiter de perfido caupone accipiendum, qui in divitiis congerendis ærumnosam degit vitam ac periculosæ plenum opus aleæ tractat, neque igitur δικαιοσύνης μετέχει καὶ πλοῦτον ἀγινεῖ εὔφορον, εὔκτητον, τίμιον εἰς ἀρετήν. Zenobius proverb. IIII, 65 p. 325 ed. Gaisford. Κανθάρου σοφώτερος· ἡ παροιμία εἴρηται ἐπὶ τῶν πονηρῶν καὶ κακούργων, ἐπειδή τις Ἀθήνησι Κάνθαρος καλούμενος ἐπὶ πονηρίᾳ καὶ προδοσίᾳ θανάτου ἐζημιώθη. Cogitandum est igitur de homine qui rebus familiaribus per dolum atque iniuriam augendis postremo effecit ut capitis pœnam subiret. Ceterum si vera est apud Zenobium librorum scriptura θανάτου ἐζημιώθη pro θανάτῳ, habes Latinismum instar *capitis damnare*. Cod. Vat. præbet εἰς θάνατον ἐδικάσθη.

V. 7. μύρμηκός τ' ἄφενος pariter in proverbii con-uetudinem abiit ad avaritiam designandam, ut apud Theocritum idyll. 17, 107. μυρμάκων πλοῦτος ἀεὶ κέχυται μογεόντων. cf. Horat. Sat. I, 1, 33 sqq. ibique Heindorf.

V. 8. ἀγινεῖν Iulian. 1. ἀσινῆ 2. metro refragante.

V. 10 sq. Ex hoc epilogico disticho patet Cratetem decem priores tantum Solonis versus παρῳδικῶς tractasse atque in integri idyllii formam redegisse.

2.

Ποίην τις βιότοιο τάμῃ τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν
νείκεα καὶ χαλεπαὶ πρήξιες, ἐν δὲ δόμοις
φροντίδες, ἐν δ' ἀγροῖς καμάτων ἅλις, ἐν δὲ θαλάσσῃ
τάρβος, ἐπὶ ξείνης δ' ἢν μὲν ἔχῃς τι, δέος,
ἢν δ' ἀπορῇς, ἀνιαρόν· ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος
ἔσσεαι· οὐ γαμέεις; ζήσῃ ἐρημότερος.
τέκνα πόνοι, πήρωσις ἄπαις βίος· αἱ νεότητες
ἄφρονες, αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.
ἦν ἄρα τῶν πάντων τόδε λώιον, ἢ γενέσθαι
μήποτε ἢ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

Quum in omni vitæ condicione tantum malorum sit, dubitat poeta quænam vivendi ratio præferenda sit, quam quidem sententiam Ausonius idyll. 15 Latine circumscripsit hoc modo:

Quod vitæ sectabor iter? si plena tumultu
sunt fora, si curis domus anxia, si peregrinos
cura domus sequitur, mercantem si nova semper
damna manent, cessare vetat si turpis egestas,
si vexat labor agricolam, mare naufragus horror
infamat pœnæque graves in cælibe vita
et gravior cautis custodia vana maritis,
sanguineum si Martis opus, si turpia lucra
fenoris et velox inopes usura trucidat. cett.

. . . . . . *ergo*
optima Graiorum sententia: quippe homini aiunt
non nasci esse bonum, natum aut cito morte potiri.

V. 1. *τάμῃ*, quod est deliberantis subiecta hac sententia: *nescio (was für einen Lebenspfad soll man einschlagen?)*, reponendum ex Stobæi cod. A. τάμῃ, Trinc. τὰ μή. Minus quadrat in omnem huius loci sententiam vulg. τάμοι Anth. Pal. Plan. quod hominis est secum cogitantis quid statuat de vitæ ineundæ ratione *(welchen Lebenspfad möchte man einschlagen?)*; quare apud Metrodorum melius scriptum est: παντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον. cf. Hermann. ad Viger. p. 729. Opusc. IIII p. 157 sq. — εἰν ἀγορῇ, i. e. *si rem publicam velis capessere.*

V. 4. ἔχῃς Stob. Planud. ἔχεις Palat.

V. 5. ἀνιαρὸν cod. A. Stob. ἀνιηρὸν Pal. Plan. vulg. Stob. — οὐκ ἀμέριμνος ἔσσεαι, i. e. *non sine ærumnis eris.*

V. 6. ζήσῃ Stob. A. quod respondet præcedenti ἔσσεαι. ζῇς ἔτ' vulg. Pal. Plan. Ceterum notabis formam mediam ζήσῃ a Demosthene demum admissam. cf. Antiattic. p. 97, 28. Buttmann. gramm. Græc. II p. 145. — ἐρημότερος Stob. A. Pal. ἐρημότερον Stob. B.

V. 7. ἄπαις βίος omnes præter Stob. A. ἀπέσβε.

V. 8. αἱ πολιαὶ sc. τρίχες. Æschines in Timarch. 49. ἐγὼ μὲν τοσαυτασὶ πολιὰς ἔχω ἃς ὑμεῖς ὁρᾶτε.

V. 9 sq. Sententia, ut videtur, antiquissimo iam tempore inter Græcos trita; Cicero enim Tusc. I, 48, 114 affert Sileni dictum: *Non nasci homini longe optimum esse, proximum autem quam primum mori.* — τῶν πάντων τόδε λῷστον Stob. τοῖν δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις Pal. Plan. cum marginali scriptura codicis B. Stob. unde Brunckius refinxit τοῖνδε δυοῖν. — ἠὲ γενέσθαι Stob. vulg. ἢ τὸ γεν. B. cum Anth. — μήποτε ἠὲ θ. Stob. vulg. μήποτε ἢ θ. A. Trinc. ἢ τὸ θ. B. μηδέποτ' ἢ τὸ θ. Pal. Plan.

3.

ΦΑΚΗΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

Athenæus IIII, 47 p. 158 B. *ΚΡΑΤΗΣ δ' ὁ Θηβαῖος ἔλεγε·*

– ⏕ – ⏕ – ⏕ μὴ πρὸ φακῆς λοπάδ' αὔξων
εἰς στάσιν ἄμμε βάλῃς – ⏑⏑ – ⏑⏑ –

Plutarchus de tuenda sanitate c. 7 idem fragmentum attulit et accuratius explicavit, quippe cui integrum Cratetis carmen ad manum fuisset: ὁ μὲν οὖν Κράτης διὰ τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν οἰόμενος οὐχ ἥκιστα τὰς στάσεις καὶ τυραννίδας ἐμφύεσθαι ταῖς πόλεσι μετὰ παιδιᾶς παρῄνει, μὴ πρὸ φακῆς λοπάδα αὔξων ἀεὶ ἐς στάσιν ἄμμε βάλῃς. αὐτός δέ τις ἑαυτῷ παρακελευέσθω, μὴ πρὸ φακῆς λοπάδα αὔξων αἰεὶ μηδὲ πάντως ὑπερβαίνων τὴν καρδαμίδα καὶ τὴν ἐλαίαν ἐπὶ τὸ θρῖον καὶ τὸν ἰχθὺν εἰς στάσιν ἐκ πλησμονῆς τὸ σῶμα καὶ ταραχὰς ἐμβάλλειν καὶ διαρροίας. Hinc patet sensum totius loci esse, *ne quis præ lenticula* (i. e. spreto simplice cibo) *patinam* (i. e. lautiores epulas) *laudans ventris turbas concitet.* Illud autem μετὰ παιδιᾶς Plutarchus ad vocem στάσιν potissimum rettulit, quæ proprie de rebus politicis usurpata a Cratete ad ventris ταραχὰς καὶ διαρροίας transfertur. — Ceterum particula ἀεὶ post αὔξων apud Plutarchum inserta haud dubie ex sequentibus eiusdem Plutarchi verbis in Cratetis versiculum temere irrepsit.

4.

Anthologia Palat. X, 104. *ΚΡΑΤΗΤΟΣ φιλοσόφου ΕΙΣ ΕΥΤΕΛΕΙΑΝ.*

Χαῖρε, θεὰ δέσποινα, σοφῶν ἀνδρῶν ἀγάπημα
Εὐτελίη, κλεινῆς ἔγγονε Σωφροσύνης,
σὴν ἀρετὴν τιμῶσιν ὅσοι τὰ δίκαι' ἀσκοῦσιν.

V. 1. δέσποινα, σοφῶν ἀνδρῶν ἀγ. ita Iulianus orat. VI p. 199. δέσποιν', ἀνδρῶν ἀγ. Anth. Pal. quorum illud maiorem integritatis atque antiquitatis speciem præ se fert: σοφοὶ enim intelliguntur ex sententia philosophorum cynicorum.

V. 2. Εὐτελίη Anth. Pal. Εὐτέλεια Iulian. metro invito. ἔγγονε Iulian. Anth. Pal. ἔκγονε vulg. cf. Dorvill. ad Chariton. p. 209. Buttmann. gramm. ampl. II p. 379 sq.

V. 3. Quod in Anth. Pal. scriptum est τιμῶσιν leges prosodicas violat.

ΤΙΜΩΝΟΣ ΦΛΙΑΣΙΟΥ.

ΙΝΔΑΛΜΟΙ.

Diogenes Laertius VIIII, 65. & Sextus Emp. adv. Math. XI, 1 p. 691 ed. Fabric.

Τοῦτό μοι, ὦ Πύῤῥων, ἱμείρεται ἦτορ ἀκοῦσαι,
πῶς ποτ' ἀνὴρ ἔτ' ἄγεις ῥᾷστα μεθ' ἡσυχίης,
μοῦνος ἐν ἀνθρώποισι θεοῦ τρόπον ἡγεμονεύων.

V. 2. ῥᾷστα Diog. ῥῆσθα Sext. μεθ' ἡσυχίης codd. R. Pal. Flor. apud Diog. cum Sexto. μεθ' ἡσυχίας vulg. Diog. μεθ' ἡσυχίῃ Menag. Ceterum coniungenda sunt verba ῥᾷστα μεθ' ἡσυχίης, *facillime socia tranquillitate*, i. e. æquissimo animo.

V. 3. μοῦνος ἐν ἀνθ. — ἡγεμονεύων Diog. μοῦνος δ' ἀνθρώποισι — ἡγεμονεύεις Sext. h. l. minus probandum propterea quod Πύῤῥων μοῦνος ἐν ἀνθρώποισι ἡγεμονεύων opponitur eidem ἀνδρὶ ἔτ' ἄγοντι ῥᾷστα μεθ' ἡσυχίης, quæ quidem antithesis tollitur Sexti lectione. Dicitur autem τρόπον ἡγεμονεύειν instar Homericæ formulæ ὁδὸν ἡγεμονεύειν. Miratur igitur poeta cur Pyrrho humanam vitam æquissimo animo possit tolerare, quippe qui solus inter homines divinam vivendi rationem sequutus aliis quoque viam monstraverit.

DE BVCOLICA GRÆCORVM ELEGIA.

Ælius Herodianus περὶ μονήρους λέξεως p. 16 ed. Dindorf. ex Hermesianactis Leontio, carmine elegiaco, laudat hexametrum

δερκόμενος πρὸς κῦμα, μόνη δέ οἱ ἐφλέγετο γλήν,

qui ad neminem nisi ad Polyphemum Galateæ desiderio flagrantem potest referri, unde apparet idem fere amatorium argumentum quod Theocritus idyllio XI tractavit Hermesianactem quoque cumque distichis inclusisse. Præterea Hermesianax Daphnidis in Menalcam et Menalcæ in Euippen Cyrenæam amorem, bucolicam haud dubie materiam, celebrasse narratur in scholiis ad Theocrit. 2, 55. ὁ Ἑρμησιάναξ λέγει τὸν Δάφνιν ἐρωτικῶς ἔχειν τοῦ Μενάλκου. ἀλλ' ὁ μὲν [Ἑρμησιάναξ] ἐπ' Εὐβοίας τὰ περὶ αὐτοῦ διατίθεται, οὗτος δὲ [Θεόκριτος] ἐπὶ Σικελίας. Deinde in argumento ad idyll. 9. οὐδὲν δὲ ἔχει πρὸς τὸν Μενάλκαν τοῦτον ὄντα Σικελὸν τὸ ὑπὸ Μενάλκου Χαλκιδέως, ὅν φησιν Ἑρμησιάναξ ἐρασθῆναι τῆς Κυρηναίας Εὐίππης καὶ διὰ τὸ μὴ ἐπιτυγχάνειν αὐτῆς κατακρημνισθῆναι. Vnde hoc saltem colligitur, vitam pastoralem pastorumque amores ab elegiacis quoque poetis esse descriptos, ita ut hæc elegiarum species

ad eroticam elegiam proxime accessisse videatur. Similia argumenta etiam Philetas, Theocriti præceptor, nescio an elegiaco metro [1]) tractaverit.

Iam THEOCRITI Syracusani poetæ bucolici, qui floruit circa Olympiadem CXXVII,[2]) idyllium octavum ita comparatum est ut Menalcas et Daphnis pastores certent duobus carminibus, altero elegiaco, hexametro altero: victorem caprarius iudex advocatus pronuntiat Daphnin. Qua de re qui omnium acutissime iudicavit audiamus Godofredum Hermannum opusculorum vol. V. p. 86 sq. «Statim hæc inventio carminis mira est. Vno enim carmine potius quam duobus certare pueros exspectes; sin autem duobus, priore hexametro, tum vero ut maiorem artem ostenderent elegiaco. Et satis quidem hoc est ad suspicionem aliquam interpolationis excitandam, sed tamen ut solum per se, quoniam excusari certe potest, non multum valeat. Aliud vero gravius est, quod est ita comparatum ut rem conficiat. Nam posterius illud carmen puerorum est unice gregibus suis delectatorum, ab amore autem ita adhuc alienorum, ut Daphnis, ubi formam suam a puella laudari audivit, ludificari se ratus humi deiectis oculis pudibundus prætererierit. Quantum ab hoc distat carmen illud elegiacum, in quo alter aperte se puerum Milonem, alter puellam amare fatentur. Hinc evidentissime intelligitur eosdem quidem illos pueros esse, Menalcam et Daphnin, sed eos aliquot annis adultiores quam in carmine hexametro. Simul autem patet quid de compositione carminis sit statuendum. Primus idyllii scriptor (nihil est autem quod eum non fuisse Theocritum prodat) solis hexametris usus pueros carmine decertantes fecit. Eius idyllium habuit versus hosce: 1 — 30. 63 usque ad finem. Id idyllium alius poeta sic interpolavit ut, quum pueros iam paullo provectiores ætate faceret, pro versibus 63 — 79 poneret versus 31 — 60 vel potius, si versus 37 — 60, ut supra coniecimus, alieni sunt, versus 31 — 37 servatis v. 80 et sequentibus. Id qui fecit v. 3 *ἀμφω ἀνάβω*, ut ex scholiis coniici licet pro *ἄμφω ἀνάβω* videtur scripsisse. Postremo grammaticus aliquis, quum illa duo carmina cantione puerorum inter se differentia sed idem exordium finemque habentia invenisset, coniunxit ea in unum insertis de suo versibus 61 & 62. Quodsi quis fortasse ipsum Theocritum ita condidisse hoc idyllium statuat, ut pueris aliud atque aliud carmen tribui posset ac proinde ipsum et hexametrum illud carmen amœbæum et elegiacum scripsisse, ut, prouti quis vellet, alterum eorum carminum adscisceret, minus illa quidem veri similis, sed tamen non plane inepta sit coniectura.»

Hactenus summus Hermannus. Sed patet tertia via quæ fortasse paullo propius ad finem perducit. Notum est enim Theocritum audivisse Philetam, cuius vestigia quum adhuc premeret discipulus, ipsius magistri atque Hermesianactis instar elegiacis quoque carminibus bucolicam Musam excoluisse censendus est. Quare hoc mihi in mentem venit, Theocritum adolescentem carmen illud amœbæum distichis inclusisse, eundem vero, quum ad maturiorem et ætatis et artis gradum pervenisset atque bucolico carmini metrum heroicum omnium aptissimum esse sensisset, in distichorum

[1]) Vide quæ diximus in Philetæ editione p. 6. 17.
[2]) Vid. Clintonis fast. Hell. III p. 7.

locum substituisse hexametros. Iam facile fieri potuit ut duo carmina amœbæa a Theocrito diverso temporis spatio composita grammaticus quidam, fortasse iam Artemidorus, [3]) ita in unum coniungeret ut priori loco insereret id quod tempore fuit prius, posteriori autem id quod poeta scripsit ætate iam provectior: temere quidem ille, quippe qui non cogitaret de ea quam Hermannus acutissime perspexit utriusque carminis discrepantia.

Quæ si probabilis est coniectura, carmen elegiacum ab ipso quidem Theocrito profectum, postea autem cum hexametro eoque perfectiori commutatum est: eaque quæ hodie in libris reperitur utriusque carminis in unum coniunctio tam mature facta erat ut Draco Stratonicensis p. 161 *περὶ ἡρωελεγείου μέτρου* disputans ad Theocriti idyll. VIII respiceret hisce verbis: *Ἐποίησε δὲ καὶ ὁ Θεόκριτος ἐν εἰδυλλίῳ τινὶ τοιαύτην ᾠδὴν οὕτως ἐπονομαζομένην, περὶ οὗ εἰπεῖν οὐ δεῖ, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐλεγείου τοῦ μιγνυμένου τῷ ἡρωικῷ.* Idem p. 69 laudavit eiusdem idyllii versum 57. *φυτὸν δὲ συστέλλει Θεόκριτος εἰδυλλίῳ η΄.*

κρᾶναι καὶ βοτάναι, γλυκερὸν φυτόν, αἴπερ ὅμοιον.

Etiam Virgilius eclog. 5 & 7, 45 sqq. Theocritum æmulatus elegiacum illud idyllium ante oculos habuisse videtur.

Quæ quum ita sint, primum periculum fecimus Theocriti carmen elegiacum ab hexametro penitus divellendi atque ita in integrum restituendi ut tetrasticha amœbæa sine ullo exordio atque fine (qualia sunt etiam idyllia hexametra I. IIII. V. X.) nude proponantur. Verissime autem intellexit Hermannus extremum tetrastichum cui in libris tribuitur Menalcæ non posse adscribi, propterea quod puellæ amor memoratur, Daphnidi quidem ille aptus, non idem Menalcæ pueri desiderio flagranti. Hanc coniecturam confirmare videtur Eratosthenes Scholasticus, qui in epigrammate Anth. Pal. VI, 78 Daphin alloquitur, *λέγει γυναικοφίλα*, Theocriti videlicet locum respiciens. Præterea Hermannus I. II. Vossio auctore rectissime observavit nullo modo violari rationem antistrophicam potuisse neque imparem esse numerum tetrastichorum; quam ob rem ipsi ultimum tetrastichum epigramma potius esse videtur quam pars alicuius carminis, id quod parum mihi persuasit vir sagacissimus. Accedit enim alter scrupulus, quem movet versus 24 omnium librorum consensu Daphnidi attributus, quanquam verba *μᾶλ᾽ ἐφορῶν* in solum Menalcam quadrant ovium pastorem, non item in bubulcum. Quare post versum 20 Daphnidis tetrastichum excidisse, Menalcæ autem versus 21 — 24 vindicandos esse probabile est. Iam duo postrema tetrasticha ita invicem sibi respondent, ut Menalcas Milonis amorem præ ceteris bonis exoptet, Daphnis se puellæ desiderio flagrare confiteatur.

Iam Suidas Theocritum præter alia carmina etiam *ἐλεγείας* scripsisse tradit, quæ nescio an non possint intelligi de solis epigrammatis per codices et editiones vulgatis. Sex priora autem quæ in

[3]) Quem dispersa antea poetarum bucolicorum carmina in unum corpus redegisse prodit ipsius epigramma in Anth. Pal. VIIII, 205. cf. Wüstemann. præf. ad Theocrit. p. XXI sqq.

editionibus leguntur epigrammata nullum aut tenuissimum tantum colorem epigrammaticum induxisse videntur: immo elegiaca sunt fragmenta carminum bucolicorum. Et sicut alia poetarum elegiacorum fragmenta ab epitomatoribus epigrammatum loco in Anthologiam recepta sunt, ita Theocriti quoque idylliorum elegiacorum particulæ e communi naufragio servatæ eandem sortem duxisse putandæ sunt. Græculi enim posterioris ætatis ex integris antiquorum poetarum operibus locos quosdam excerpere solebant, quos imitandos sibi proponerent. Sic tetrastichum quod in epigrammatis Theocriteis secundum obtinet locum (fragm. 7) *Δάφνις ὁ λευκόχροος κ. τ. λ.* adhibuit Eratosthenes Scholasticus (Anth. Pal. VI, 78) ad cuius exemplar hocce componeret epigramma:

Τὼς τρητὼς δόνακας, τὸ νάκος τόδε, τάν τε κορύναν
ἄνθεσο Πανὶ φίλῳ, Δάφνι γυναικοφίλα.
ὦ Πάν, δέχνυσο δῶρα τὰ Δάφνιδος· ἶσα γὰρ αὐτῷ
καὶ μολπὰν φιλέεις καὶ δυςέρως τελέθεις. [4])

Ipsum vero exemplar Theocriteum ita comparatum est, ut Daphnis musicæ atque venationi renuntians tibias, pedum, iaculum, pellem cervinam, peram Pani dedicasse narretur, quæ quidem narratio aptissime quadrat in argumentum idyllii bucolici. Sed etiamsi ponamus illud tetrastichum per se integri epigrammatis dedicatorii vicem sustinere potuisse, hoc tamen minus convenit hexasticho quod primum epigrammatum Theocriteorum obtinet locum (fragm. 6), quippe quod fragmentum potius carminis amœbæi esse videatur, quo pastor quidam se Musis rosas atque serpyllum, Apollini laurum iam dedicasse ait, hircum vero insuper esse mactaturum. Similiter fere Virgilius ecloga amœbæa 3, 62 sq.

Et me Phœbus amat: Phœbo sua semper apud me
munera sunt, lauri et suave rubens hyacinthus.

Colorem bucolicum multo magis traxerunt tria disticha (fragm. 5), quibus Daphnis in antrum ut somnum caperet se recepisse, Pan autem et Priapus, formosi pastoris amore inflammati, illum persequentes describuntur. Quæ quidem coniectura optime confirmatur ipsius fragmenti inscriptione qualem suppeditat Anthologia Palatina VIIII, 338. *Θεοκρίτου Συρακουσίου εἰς Δάφνιν τὸν αἰπόλον ἐν τοῖς βουκολικοῖς ᾄδει ποιήμασιν.* Similiter pastorem cum caprario colloquentem præbent novem disticha (fragm. 2) statuamque Priapeïam et amœnissimum locum quo illa dedicata sit describentem et sacrificia voventem Priapo, quibus efficere studet ut aut a Daphnidis amore liberetur aut Daphnide potiatur. Quod et ipsum fragmentum quomodo in quattuor epigrammata discerptum reperiatur in Anthologia Palatina et Planudea suo loco accuratius exponetur. Quintum denique et sextum hexastichum (fragm. 3 & 4) nemo probabiliter interpretabitur, nisi rationem habuerit carminis amœbæi. Hinc miræ prodiere ingeniorum hariolationes, Wartoni, qui prius fragmentum tabulæ cuidam pictæ appositum fuisse coniecit ad mentem consiliumque pictoris explicandum, et Kiesslingii de mero ingenii lusu cogitantis. Ne multa: habes pastorem, qui, quum ipse

[4]) Similiter Aristotelis ad Eudemum elegiæ particula in Ammonii vita Aristotelis p. 46 ed. Bip. in epigrammatis formam redacta reperitur. cf. Iacobsii Anth. Pal. Append. Num. 139.

pectidem pulsaturus, Daphnis autem fistula cantaturus esset, alium pastorem provocat ut duplicibus tibiis suave aliquid caneret. Eodemque modo sextum quod perhibetur Theocriti epigramma nihil est nisi fragmentum idyllii elegiaci quo pastor nescio quis Thyrsin pastorem consolatur de capella a lupo ipsi erepta. Et hoc quidem hexastichum Wartonus acutissime iam perspexit esse fragmentum vel excerptum libri elegiarum quem Theocritus scripsisse narratur.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΥ.

1.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Ἄγκεα καὶ ποταμοί, θεῖον γένος, αἴ τι Μενάλκας
πάποχ' ὁ συρικτὰς προσφιλὲς ᾆσε μέλος,
βόσκοιτ' ἐκ ψυχᾶς τὰς ἀμνίδας· ἢν δέ ποκ' ἔνθῃ
Δάφνις ἔχων δαμάλας, μηδὲν ἔλασσον ἔχοι.

ΔΑΦΝΙΣ.

Κρᾶναι καὶ βοτάναι, γλυκερὸν φυτόν, αἴπερ ὁμοῖον
μουσίσδει Δάφνις ταῖσιν ἀηδονίσιν,
τοῦτο τὸ βωκόλιον πιαίνετε· κἤν τι Μενάλκας
τεῖδ' ἀγάγῃ, χαίρων ἄφθονα πάντα νέμοι.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Παντᾷ ἔαρ, παντᾷ δὲ νομοί, παντᾷ δὲ γάλακτος
οὔθατα πλήθουσιν καὶ τὰ νέα τρέφεται,
ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται· αἰ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
χὠ ποιμὰν ξηρὸς τηνόθι χαἰ βοτάναι.

ΔΑΦΝΙΣ.

Ἔνθ' ὄϊς, ἔνθ' αἶγες διδυματόκοι, ἔνθα μέλισσαι
σμάνεα πληροῦσιν χαἰ δρύες ὑψίτεραι,
ἔνθ' ὁ καλὸς Μίλων βαίνει ποσίν· αἰ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
χὠ τὰς βῶς βόσκων χαἰ βόες αὐότεραι.

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ, ὦ βάθος ὕλας
μυρίον, ὦ σιμαὶ δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ ἔριφοι·
ἐν τήνῳ γὰρ τῆνος· ἴθ', ὦ κόλε, καὶ λέγε Μίλων'
ὡς Πρωτεὺς φώκας καὶ θεὸς ὢν ἔνεμεν.

ΔΑΦΝΙΣ.

. . . .

ΜΕΝΑΛΚΑΣ.

Μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι χρύσεια τάλαντα
εἴη ἔχειν μηδὲ πρόσθε θέειν ἀνέμων,
ἀλλ' ὑπὸ τᾷ πέτρᾳ τᾷδ' ᾄσομαι ἀγκὰς ἔχων τύ,
σύννομα μᾶλ' ἐσορῶν τὰν Σικελὰν ἐς ἅλα.

ΔΑΦΝΙΣ.

Δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακόν, ὕδασι δ' αὐχμός,
ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ, ἀγροτέροις δὲ λίνα,
ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς πόθος· ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ,
οὐ μόνος ἠράσθην, καὶ τὺ γυναικοφίλας.

V. 1. *θεῖον γένος, τὸ τῶν ποταμῶν λέγει, καθὸ ἐκ Τηθύος καὶ Ὠκεανοῦ ἢ ἐκ Διὸς ὡς Ὅμηρος.* **SCHOL.** Appositum ad solos *ποταμούς,* non simul ad *ἄγκεα* refertur, quemadmodum in antistropha v. 5 *γλυκερὸν φυτὸν* ad solas *βοτάνας* spectat.

V. 2. *πάλοχ'* restituit Meinekius pro vulg. *πῇ ποχ'* quod in *πᾷ ποχ'* mutaverat Wartonus. cf. Hermann. opusc. Vol. V p. 85. — *συρικτὰς* Dorice pro *συριστής.* Vulg. *συρικτά.*

V. 3. *ἐκ ψυχᾶς, ἤγουν ἐξ ὅλης τῆς προθυμίας* (*nach Herzenslust*). *ἐκ ψυχῆς ποιεῖ τις τόδε, ἤγουν ἑκὼν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ κινούμενος. — ἐπὶ τῶν ποταμῶν δὲ λέγει καὶ τῶν ὀρῶν τὸ ἐκ ψυχῆς νῦν κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπὸ τῶν ἐμψύχων ἐπὶ τὰ ἄψυχα.* **SCHOL.** Quæ interpretatio quum in bucolicum genus optime quadret, reiicienda est recentiorum editorum explicatio *ex animi mei sententia, prout ipse volo atque cupio.* Ipsis enim saltibus atque fluviis animus tribuitur qui delectatur agnas pascendo (velut pastores ipsi delectantur pastum pecudibus præbendo), ita ut tanquam invitus facere videatur, si quando parum herbarum largitur gregibus.

V. 4. *μηδὲν—ἔχοι,* i. e. *βόσκοιτε ἐκ ψυχᾶς τὰς δαμάλας.*

V. 5. *γλυκερὸν φυτόν,* ita Draco Strat. p. 96, 20. cum Theocriti vulg. cuius loco Brunckius ex duobus codicibus (ad quos duo alii accedunt apud Gaisfordium) dedit *γλυκερὰ φυτά,* scripturam a librario quodam interpolatam, qui rationis antistrophicæ immemor appositionem ad *κράνας καὶ βοτανάς* simul referendam ideoque pluralem numerum restituendum esse censuit. cf. ad vers. 13.

V. 6. *μουσίσδοι,* quod respondet strophico *ᾄσε,* ex 4 codd. præferendum est optativo *μουσίσδοι.*

V. 8. *τεῖδ',* i. q. *τῇδε* sive *ἐνταῦθα,* scribendum ex editione Flor. cui proxime accedit cod. Par. *τεῖδ'.* Vulg. *τῇδ'.* Præterea vulg. *ἀγάγοι* emendandum *ἀγάγῃ* duce scholiasta: *καὶ ἐὰν ὁ Μενάλκας ἀγάγῃ τι ὧδε, χαίρων βοσκέτω πάντα ἀφθόνως. πληθυντικὸν ἀποδίδωσιν, ἐπεὶ τὸ ΤΙ ἀορίστως λεγόμενον πληθυντικοῦ δύναμιν ἔχει.*

V. 9. *παντᾷ* scribendum auctoribus scholiasta ad h. l. et Gregorio Cor. de dialecto Dor. p. 213 ed. Schæfer. *τὸ πάντη περισπῶσι παντᾶ λέγοντες.*

V. 11. Non potest scribi, ut Meinekio visum, *ἔνθα καλὰ Ναῒς ἐπινίσσεται*: obstat enim productio brevis syllabæ non iusta. Minime elumbis hic versus est: sed sequebatur Meinekius Valckenarii leve et inconsideratum iudicium, qui et in adnotationibus et in epistola ad Rœverum spondeos v. 48. 61. 62 parum Theocriteos esse pronuntiabat. Quid? Numquid vituperavit illa 18, 49,

χαίροις, ὦ νύμφα, χαίροις, εὐπένθερε γαμβρέ·
Λατὼ μὲν δοίη, Λατὼ κουροτρόφος ὔμμιν.

Si quid in versu 45 [11] offensui esse poterat, non erat id in spondeis sed in eo quod singuli ab initio pedes singulis vocibus constarent eosque sequeretur vox monosyllaba. At ne hanc quidem iustam damnandæ scripturæ caussam esse hæc ostendunt 4, 15. 5, 21. 31. 38. 86. 111.

τήνας μὲν δή τοι τᾶς πόρτιος.
ἀλλ' ὧν αἴκα λῇς ἔριφον θέμεν.
μὴ σπεῦδ'· οὐ γάρ τοι πυρὶ θάλπεαι.
στασῶ δ' ὀκτὼ μὲν γαύλως τῷ Πανὶ γάλακτος.
φεῦ, φεῦ, Λάκων τοι ταλάρως σχεδὸν εἴκατι πληροῖ.
οὕτως κὔμμες θὴν ἐρεθίζετε τὼς καλαμευτάς.

Gravius illud est, quod, sicut puer quem amat Menalcas ipso nomine suo appellatur, etiam quam Daphnis amaret puellæ nomen videtur edendum fuisse. At non est tamen hoc argumentum tanti momenti ut quidquam corrigi debeat. Daphnis enim quam puellam amasset multa fama constabat, non item quem Menalcas puerum. Quodsi Naïdem nominatim dicere voluisset poeta, in promptu erat ἔνθ' ἁ καλὰ Ναῒς ἐπέρχεται. HERMANNVS. Meinekio, qui in altera editione ipse coniecturam suam silentio improbavit, verba ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται, quum Menalcas puerum, Daphnis autem puellam deperеat, apertum esse videtur neque hæc Menalcæ neque illa quæ Daphnis dicit v. 15. ἔνθ' ὁ καλὸς Μίλων βαίνει ποσίν Daphnidi convenire. Itaque verba ἔνθ' ἁ — ἐπινίσσεται in Daphnidis, illa autem ἔνθ' ὁ — ποσίν in Menalcæ carmen transferenda existimat. At parum perpendisse videtur vir doctissimus pastores ludentes invicem sibi exprobrasse amores.

V. 13. Singularis numerus ὄϊς, quem excipit pluralis αἶγες, ne offendat vide quæ animadvertimus in Nicandri fragm. 5, 1. Potuit quidem Theocritus Meinekio auctore ὄϊς mutare in οἶς, qua forma utitur etiam idyll. 5, 99. sed noluit haud dubie h. l. propter rationem antistrophicam; nam v. 9 similiter priori membro singularis ἔαρ posteriori pluralis νομοί positus est. cf. ad v. 5.

V. 14. χαἰ δρύες Meinekius scripsit propter oppositum versum καὶ τὰ νέα τρέφεται. Vulg. καὶ δρύες.

V. 15 sq. Virgilius eclog. 7, 55 sq. *at si formosus Alexis montibus his abeat, videas et flumina sicca.* Paullo aliter idem ecl. 3, 100 sq.

Heu, heu, quam pingui macer est mihi taurus in ervo.
idem amor exitium pecori pecorisque magistro.

Ceterum notabis qua arte Theocritus strophicam atque antistrophicam rationem ita mutaverit, ut v. 12 epitheton ξηρὸς ad ποιμάν, v. 16 αὐότεραι ad βόες referret.

V. 17. Καταχρηστικῶς ἄνδρα τῶν αἰγῶν τὸν τράγον φησίν. SCHOL. Virgil. ecl. 7, 7. *vir gregis ipse caper.* -- ὦ βάθος, ὅπου ἐστὶν νυκτὶ διαίτης. SCHOL. *Altitudo silvæ immensa* dicitur ad *silvam densissimam* denotandam. Ad vocativum ὦ τράγε ex seq. δεῦτε repetendum δεῦρο, *huc ades.*

V. 19. ἐν τήνῳ γὰρ τῆνος, i. q. ἐν ἐκείνῳ (βάθει ὕλης) ἐκεῖνος, sc. ὁ καλὸς Μίλων, i. e. *in illa silva commoratur Milo.* — ὦ κόλε alloquitur hircum cornibus mutilatum, quæ quidem alloquutio carmini bucolico non minus consentanea est quam quod Menalcas hirco mandata Miloni perferenda tradidit. Verissime igitur Hermannus: «Milo iste parvi faciebat caprarium. Hinc ille aprum suum capellasque vocat potum acturus in umbrosum nemus, quod ibi sit Milo: caprum autem (et qui poetæ non et bestias et vel muta saxa loqui fecerunt?) illi dicere iubet Proteum quoque qui deus sit phocas pavisse." -- καὶ λέγε Μίλωνι. ita scribendum ex codicum lectione Μίλων. cf. Spitzner. ad Homer. Iliad. XIIII, 265. Μίλῳ codd. Aug. et Schellersh. (in posteriore tamen littera ν post ω expuncta) suffragante scholiasta: τῷ Μίλῳ ἀντὶ τοῦ τῷ Μίλωνι. Atqui nescio an Hermannus recte suspicatus sit Theocriti verba per interpretum annotationes aliquantum distorta atque paullo insolentiore verborum collocatione ita reponenda esse:

ἴθ', ὦ κόλε, καὶ λέγε φώκας,
Μίλωνι, Πρωτεὺς καὶ θεὸς ὢν ἔνεμεν.

Meinekius proposuit: λέγε Μίλων, ὁ Πρωτεὺς κ. τ. λ. De *Proteo* phocarum pastore cf. Virgil. Georg. IIII, 395. —

V. 21 sq. Tria sunt quæ Menalcas optare se negat, *imperium*, *divitias*, *pedum pernicitatem*, bona a vulgo hominum imprimis desiderata. Atque primum γᾶν Πέλοπος commemorat propterea quod Pelopis regnum in proverbii consuetudinem abierat, quemadmodum apud Tyrtæum 8, 7. οὐδ' εἰ Ταντολίδεω Πέλοπος βασιλεύτερος εἴη. Deinde præter divitias (χρύσεια τάλαντα) ποδῶν ἀρετὴ in ludis potissimum conspicua inter Græcos antiquitus quam maxime celebrata auctore eodem Tyrtæo 7, 4. νικῴη δὲ θέων Θρηΐκιον Βορέην. et Xenophane 4, 1. ἀλλ' εἰ μὲν ταχυτῆτι ποδῶν νίκην τις ἄροιτο κ. τ. λ.

V. 23. ὄγκας ἔχων τύ, εὐφραίνομαί σε ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἔχων. Pronomen τύ haud dubie ad Milonem referendum, quem absentem per apostropham alloquitur pastor.

V. 24. Construe: ἐσορῶν μᾶλα σύννομα ἐς τὰν Σικελὰν ἅλα, i. e. *prospiciens oves una pascentes Siculum mare versus.*

V. 25. Valckenarius in epistola ad Rœverum p. VIIII sq. hunc versum in Stobæi florilegio p. 391 ita scriptum esse ait: Δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακόν, οὔδασι δ' αὐχμός. Sed Gaisfordius ad florilegium LXIII, 29 annotavit multa (inter ea etiam Theocriti lacunam) hic inseruisse Gesnerum de suo quæ neque in MSS. legerentur neque in ed. Trinc. Scriptura οὔδασι reperitur etiam in codd. Vat. Schellersh. Goth. Toupius autem vulg. ὕδασι bene interpretatus est *fontes aquarum*, quibus inimicus est αὐχμός, scholiasta in auxilium vocato: Πρὸς τὰ δένδρα μέν ἐστι κακὸν φόβον ἔχον ὁ χειμών, πρὸς τὰ ὕδατα δὲ ἡ ἀνομβρία, ὅτι ἀποξηραίνει καὶ ἀφανίζει αὐτά. Hunc locum imitatus est Virgilius eclog. 3, 80 sq.

> *Triste lupus stabulis, maturis frugibus imber,*
> *arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.*

V. 26. Hunc versum respicit Eustathius ad Dionys. Perieg. 119. Ἰστέον δὲ ὅτι παρὰ Θεοκρίτῳ ἡ ὕσπληγξ εἴρηται καὶ ἐπὶ παγίδος ὀρνέων τεθειμένη διὰ τὸ συγκεκροτῆσθαι, ὡς εἰκός, ἀπὸ ὑστριχίδος πλέγματος. Schol. Plat. Phædr. p. 316 ed. Bekker. ὕσπληξ ἀφετήριον, πληγή, ὥσπερ νῦν, πάσσαλος, κεράτινος κρίκος. cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 71 sq. qui tamen falsus est in eo quod in Atticorum libris qui hodie superstites sunt ne tenuissimum quidem huius vocabuli indicium afferri putaret, repugnante videlicet Platonis Phædro p. 77. E.

V. 28. Similiter Callimachus in Anth. Pal. XII, 230. οὐράνιε Ζεῦ, καὶ σύ ποτ' ἠράσθης. cf. Terent. Eunuch. III, 5, 43. Ceterum Meinekius observavit Theocritum h. l. γυναικοφίλας non dixisse pro γυναικοφίλης, sed pro γυναικόφιλος, comparato ξανθοκόμας idyll. 17, 103 pro ξανθοκόμος e codicibus restituto.

2.

Τήναν τὰν λαύραν, τόθι ταὶ δρύες, αἰπόλε, κάμψας
σύκινον εὑρήσεις ἀρτίγλυφες ξόανον,
τρισκελές, αὐτόφλοιον, ἀνούατον, ἀλλὰ φάλητι
παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν.
ἕρκος δ' ἐνθ' ἱερὸν περιδέδρομεν, ἀέναον δὲ
ῥεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων πάντοσε τηλεθάει
δάφναις καὶ μύρτοισι καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ·
ἔνθα πέριξ κέχυται βοτρυόπαις ἕλικι
ἄμπελος, εἰαρινοὶ δὲ λιγυφθόγγοισιν ἀοιδαῖς

κόσσυφοι ἀχεῦσιν ποικιλότραυλα μέλη·
ξουθαὶ δ' ἀδονίδες μινυρίσμασιν ἀντιαχεῦσαι
μέλπουσι στόμασιν τὰν μελίγηρυν ὄπα.
ἕζεο δὴ τηνεῖ καὶ τῷ χαρίεντι Πριήπῳ
εὔχου ἀποστρέψαι τοὺς Δάφνιδός με πόθους
κεὐθὺς ἀποῤῥέξαι χίμαρον καλόν· ἢν δ' ἀνανεύσῃ,
τοῦδε τυχὼν ἐθέλω τρισσὰ θύη τελέσαι·
ῥέξω γὰρ δαμάλαν, λάσιον τράγον, ἄρνα τὸν ἴσχω
σακίταν. ἀΐοι δ' εὐμενέως ὁ θεός.

Hoc fragmentum, quod in Anthologia Palatina et Planudea quattuor locis dispersum legitur, F. Iacobsius VIIII, 437 ita coniunxit, ut in codicibus editionibusque Theocriti, etiam antiquissimis, habetur. Sex autem priores versus quos epigrammatis loco in Anthologiam recepit epitomator inscripsit *εἰς φάλητα παίγνιον*, deinde versus 7 — 12 *εἰς ἀμπελῶνα δενδρώδα καὶ ἄλσος*, tum 13 — 16. *εἰς Πρίηπον ἐπὶ ἐρωτικῇ ὑποθέσει*, denique v. 17 — 18. *παίγνιον εἰς Δάφνιν.* Vides quomodo dilacerata sit integra idyllii pars, ut in tria epigrammata redigeretur.

V. 1. *τόθι ταὶ δρύες*, ita cod. Pal. i.e. *ubi arbores crescunt*, pro vulg. *τῶς* vel *τὼς αἱ δρύες*. Sed quum plurimi Theocriti codices in iisque etiam R. habeant *τάς*. Meinekius coniecit *τάς τε δρύας*. quo tamen illud præstare videtur.

V. 2. Hic locus Horatio Sat. I, 8, 1 obversatus esse videtur: *Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum.*

V. 3. *τρισκελής*, Boissonado interprete *tripes* appellatur Priapus propterea quod duo habet crura et phallum tam grandem qui pro pede sit: bucolicæ rusticitatis descriptio. — *αὐτόφλοιον. ἀν.* Priapi statua haud affabre facta erat. Hinc lignum erat rude cortice non detracto, nec aures erant expressæ. WVESTEMANNVS.

V. 4. *παιδογόνω*, quod ad genitivum *Κύπριδος* referendum, proposuit Valckenarius pro vulg. *παιδογόνῳ* cum *φάλητι* iungendo.

V. 5. *ἔρκος δ' ἔνθ' ἱερόν*, sic emendavit Meinekius duce cod. Pal. *ἔρκες δ' ἐνθ' ἱερόν. Ἱερὸν* autem appellatur *ἔρκος* quia cingit *τέμενος* Priapo sacrum. Iacobsius proposuerat *ἔρκος δὲ σκιερόν*. alii aliter. Theocriti codd. præbent *σακὸς δ' εὖ ἱερός.*

V. 8. Epitheto *βοτρυόπαις* cum voce *ἄμπελος* coniungendo facem prætulisse videtur Io Chius 1, 7 sq. *ὀφθαλμῶν δ' ἐξέθορον πυκινοὶ παῖδες, φωνήεντες ὅταν πέσῃ ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ κ. τ. λ.*

V. 11. Edebatur *ξουθαὶ ἀηδονίδες*. Qua ægre careas particula *δέ*, dederunt codices: ea adiecta *ἀηδονίδες* mutavi in *ἀδονίδες*. qua forma usus est Moschus idyll. 3, 47. MEINEKIVS. Theocritum ante oculos habuit Marianus Scholasticus Anth. Pal. II, 254, 11. *αἱ δὲ πέριξ λαλαγεῦσιν ἀηδόνες.* — *ἀντιαχεῦσαι μέλπουσι* dedit Iacobsius ex vestigiis Pal. *ἀντιαχεῦσι μέλπουσι*. margini adscripto *μέλποιτε*, quod ex *μέλποντι* profectum esse videtur. Vulg. *ἀντιαχεῦσι* vel *ἀνταχεῦσι μέλπουσαι.*

V. 13. *τηνεί* Pal. [illegible] referente Paulsseno in appendice ad Iacobsii Anth. Pal. p. 65. Vulg. *τηνεῖ.*

V. 14. *ἀποστρέψαι* vel potius *ἀπὸ στρέψαι* Pal. pro vulg. *ἀποπλέξαι*. Illud retinens explicat Iacobsius: *Priapum roga ut mihi Daphnidis amorem deponere liceat.* Idem tamen Iacobsius quærit, quomodo Priapus efficere possit ut amoris flamma in pectore quiescat. Equidem opinor propterea quod Priapus inter pastores simul fungitur munere Amoris. — Ceterum notabis *Δάφνιδος* prima

correpta, ut 5, 1. *εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ, Δάφνι, σῶμα κεκμακός.* Idyll. 1, 115. *καὶ λέγε' τὸν βούταν νικῶ Δάφνιν, ἀλλὰ μάχευ μοι.* 8, 6. *μυκητᾶν ἐπίουρε βοῶν Δάφνι, λῇς μοι ἀεῖσαι;*

V. 15. *ἀπορρέξαι* ex cod. Pal. Iacobsius restituit, *ἅπαξ* quidem illud *εἰρημένον*, compositum tamen instar verborum *ἀποθύειν* et *ἀποσπένδειν*. Neque infinitivus aoristi debet offendere post verba optandi, promittendi, cupiendi. cf. Stallbaum. ad Platon. Phileb. p. 158. Vulg. *ἐπιῤῥέξειν — ἢν δ' ἀνανεύσῃ*, i. e. *sin abnuerit*, sc. ut a Daphnidis amore liberer.

V. 16. *τοῦδε τυχών*, i. e. *huiusce compos factus.* Quasi digito Daphnin demonstrat. Totius loci sententiam bene exposuit Iacobsius: *Si Priapus me a pueri amore liberaverit, hædum ei mactabo; sin renuerit atque ut Daphnide potiar effecerit, tres victimas ei immolabo.* De triplice quod h. l. memoratur sacrificio egit Ælianus H. A. X, 50. *εἰ γοῦν ἐθέλοις θῦσαι ὄϊν, ἰδού σοι τῷ βωμῷ παρέστηκεν ὄϊς, καὶ δεῖ χέρνιβος καὶ κατάρξασθαι, εἴτε αἶγα εἴτε ἔριφον. εἰ δὲ εἴης τῶν ἁδροτέρων καὶ ἐθέλοις βοῦν θήλειαν κ. τ. λ.* quem ad locum vide quæ Iacobsius annotavit p. 370.

V. 18. *αἴοι* Theocriti libri, *νεύοι* Pal. quod et propter prægressum *ἀνανεύσῃ* et propter adverbium *εὐμενέως* minus probandum videtur quam vulg. *αἴοι δ' εὐμενέως*, *utinam benevole audiat*, i.e. *exaudiat.*

5.

Λῇς ποτὶ τᾶν Μοισᾶν διδύμοις αὐλοῖσιν ἀεῖσαι
ἁδύ τί μοι; κἠγὼν πακτίδ' ἀειράμενος
ἀρξεῦμαί τι κρέκειν, ὁ δὲ βωκόλος ἄμμιγα θέλξει
Δάφνις, κηροδέτῳ πνεύματι μελπόμενος.
ἐγγὺς δὲ στάντες λασιαύχενος ἄντρου ὄπισθεν
Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν ὀρφανίσωμες ὕπνου.

In Anthologia Palat. VIIII, 433 inscriptum: *Τοῦ αὐτοῦ Θεοκρίτου παίγνιον εἰς Δάφνιν. Δωρικὰ ὥσπερ καὶ τὰ βουκολικά· ὁ αὐτὸς γὰρ κἀκεῖνα ἔγραψε.*

V. 1. Theocritus idyll. 1, 12. *λῇς ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν, λῇς, αἰπόλε, τᾷδε καθίξας,* — unde factum esse videtur ut hoc quoque loco Theocriti libri præbeant *ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν* pro codicis Pal. scriptura *Μοισᾶν*, quam intactam reliquimus. Musæ enim atque Nymphæ primitus eædem. cf. Böttiger Ideen zur Kunstmythologie I p. 103.

V. 2. *Pectis* genus fidium a Lydis inventum. cf. Dissen. ad Pindari fragmenta p. 646.

V. 3. *κρέκειν*, sc. *πλήκτρῳ*, *pectidem plectro pulsare.* — *ἄμμιγα θελξεῖ* Theocriti edd. quod præferendum scripturæ Pal. *ἔγγυθεν ᾀσεῖ* ex idyll. 7, 72. ubi tamen non sequitur participium *μελπόμενος*, velut h. l.

V. 4. Ex epitheto *κηροδέτῳ* apparet *πνεῦμα* referendum esse ad *fistulam* conflatam ex pluribus calamis imparibus iisque cera compactis, quæ inflando sonum edit.

V. 5. *λασιαύχενος ἄντρου ὄπισθεν* scribendum ex vestigiis Pal. *λασιαύχενες ἔγγυθεν ἄντρου* pro vulg. *λασίας δρυὸς ἄντρου ὄπισθεν.* Iacobsius iam animadvertit certe in Pal. lectione nec *ἐγγὺς — ἔγγυθεν* in eodem versu ferri posse nec *ἔγγυθεν* intra tres versus ter recurrens: quod et ipsum in caussa esse videtur ut librarius temere tertium invexerit *ἔγγυθεν*, *ὄπισθεν* autem iam *ὑπέρμετρον* prorsus omiserit. Haud dubie epitheton *λασιαύχενος* maiorem integritatis speciem præ se fert quam *λασίας δρυός* ex idyll. 25, 3 refictum. Illud enim bucolicæ rusticitati imprimis consentaneum, quippe quod ab animalium hirsutorum cervice petitum translatum sit ad antrum virgultis et arbustis obsitum et quasi horridum.

V. 6. Quod h. l. pastor nescio quo diei tempore permissum putavit, ut Panem e somno suscitaret, id meridiano quidem tempore nefas habuit caprarius in Theocriti idyll. 1, 15 sqq.

4.

Ἀ δείλαιε τὺ Θύρσι, τί τοι πλέον εἰ καταταξεῖς
δάκρυσι διγλήνους ὦπας ὀδυρόμενος;
οἴχεται ἁ χίμαρος, τὸ καλὸν τέκος, οἴχετ' ἐς Ἅιδαν·
τραχὺς γὰρ χαλαῖς ἀμφεπίαξε λύκος,
αἱ δὲ κύνες κλαγγεῦντι· τί τοι πλέον, ἁνίκα τήνας
ὀστέον οὐδὲ τέφρα λείπεται οἰχομένας;

In Anth. Pal. VIIII, 432 inscriptum: *Θεοκρίτου εἰς Θύρσιν τὸν αἰπόλον ὀδυρόμενον αἶγα ἣν λύκος κατέφαγεν.*

V. 1. *τί τοι πλέον*, sc. *ἐστίν*, i. e. *quid tibi expedit?* cf. Matthiæ gramm. Græc. §. 591 not. 1.

V. 3. *τὸ κακὸν τέκος*, de capella *ὑποκοριστικῶς* dicitur, ut apud Oppianum Halieut. V, 464. *σκύμνος ἀεξηθείς, ὀλίγον βρέφος.* — *οἴχετ' ἐς Ἅιδαν*, pariter de leone ab Hercule interfecto idyll. 25, 271. *ψυχὴν δὲ πελώριον ἔλλαχεν Ἅιδης.*

V. 5. *καλεῦντι* Pal. *κλαγγεῦντι* Brunck. c. vulg. De cane Nicander Ther. 674. *καὶ τὴν μὲν κλάγξας ἀφεκὰς βάλε.* Leonidas epigr. 262. *κλαγγὰν τ' οὐχὶ τρέσαντα κυνῶν.* Pollux V, 86. ubi vid. Iungerm. T. I p. 523. Schneider ad Xenophont. de venat. V, 5. Verbi *κλαγγέω* aliud exemplum non novi. IACOBS.

V. 6. Ante *ὀστέον* ex seq. *οὐδέ* repetenda est particula negativa. cf. Eustathii procem. commentar. Pindar. §. 12. Schæfer. ad Bosii ellips. p. 777. Lobeck. ad Sophoclis Aiac. 244. F. Franke de particulis negg. II §. 20.

5.

Εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ, Δάφνι, σῶμα κεκμακὸς
ἀμπαύων· στάλικες δ' ἀρτιπαγεῖς ἀν' ὄρη.
ἀγρεύει δέ τυ Πὰν καὶ ὁ τὸν κροκόεντα Πρίηπος
κισσὸν ἐφ' ἱμερτῷ κρατὶ καθαπτόμενος,
ἄντρον ἔσω στείχοντες ὁμόρροθοι· ἀλλὰ τὺ φεῦγε,
φεῦγε μεθεὶς ὕπνου κῶμα καταρχόμενον.

Inscriptum in Anth. Pal. VIIII, 338. *Θεοκρίτου Συρακουσίου εἰς Δάφνιν τὸν αἰπόλον ἐν τοῖς βουκολικοῖς ᾄδει ποιήμασιν.*

V. 1. *φυλλοστρώς* forma *ἅπαξ εἰρημένη* pro consuetiori *φυλλόστρωτος*. cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 429. — *σῶμα κεκμακὸς* vulg. apud Theocrit. *κεκμακὼς* Pal. ad quam scripturam defendendam non licet provocare ad idyll. 1, 16 sq. *ἦ γὰρ ἀπ' ἄγρας τανίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται*, propterea quod ibi deest accusativus *σῶμα*, qui h. l. pendet a participio *ἀμπαύων*. Inepta autem pæne esset structura, si utrumque participium, et *κεκμακώς* et *ἀμπαύων*, ad *εὕδεις* referretur: quod quum sensisset, grammaticus nescio quis in cod. Pal. lectioni *ἀμπαύω* (corruptæ ex *ἀμπαύων*) superscripsit *ἡμπαιον*.

V. 2. Hunc versum sensu proprio accipio. Daphnis venationis labore lassus feris insidiari desierat, quum, en, ipse in libidinosorum deorum insidias incidit. Eleganter poeta ludit in notissima de Panis in Daphnin amore fabula. cf. Meleag. ep. 47. Diodor. Zon. ep. 6. Glauc. ep. 2. IACOBS. Pro *ἀρτιπαγεῖς* Pal. *ἀρτιπαγής*, quod manifesto corruptum.

V. 3. *κροκόεντα* vocat *κισσὸν* propter hederæ baccas sive corymbos crocei coloris, quare Theocritus idyll. 1, 30 sq.

κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονιμένος· ἁ δὲ κατ' αὐτὸν
καρπῷ ἕλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι.

Plinius N. H. XVI, 34, 147. *Alicui* [sc. hederæ speciei] *et semen nigrum. alii crocatum, cuius coronis poetæ utuntur.*

V. 6. *καταρχόμενον* Toupius et Iacobsius reposuere ex vulg. *καταγρόμενον*, Pal. *καταγόμενον*. Quum autem *κῶμα*, quod apud Homerum iam reperitur, Hesychio interprete sit *καταφορὰ ὕπνου βαθέος*, *κῶμα καταρχόμενον* est *sopor incipiens*, qui optime quadrat in Daphnin venatione fessum recentique somno oppressum.

6.

Τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα καὶ ἡ κατάπυκνος ἐκείνα
ἕρπυλλος κεῖται ταῖς Ἑλικωνιάσιν.
ταὶ δὲ μελάμφυλλοι δάφναι τίν, Πύθιε Παιάν,
Δελφὶς ἐπεὶ πέτρα τοῦτό τοι ἀγλάϊσεν.
βωμὸν δ' αἱμάξει κεραὸς τράγος οὗτος ὁ μᾶλος,
τερμίνθου τρώγων ἔσχατον ἀκρέμονα.

In Anth. Pal. VI, 336 inscriptum *εἰς Δελφίδος ἀνάθημα Θεοκρίτου*, quæ quidem inscriptio ex versu 4 perperam intellecto originem duxisse videtur.

V. 2. *ἕρπυλλος*, ex qua coronæ nectebantur, Musis sacra (*thymus serpyllum, Quendel, wilder Thymian*). cf. Voss. ad Virgil. eclog. 2, 11. Georg. IIII, 31.

V. 4. *τοῦτό τοι ἀγλάϊσεν*, i. e. *ταύτην τὴν ἀγλαΐαν σοι ἔφυσεν*, *hunc nitorem* sive *honorem tibi præbuit*, sc. quod Delphica rupes (i. e. Parnassus) laurum tibi gignit. De hoc Græcismo cf. Wunder. ad Sophoclis Oedip. tyr. 259.

V. 5. *μᾶλος* Pal. *μαλὸς* vel *μαλλὸς* vulg. At syllaba prior h. l. producitur. Hesychius: *μαλός, λευκός*. Forsitan adiectivum *μᾶλος* formatum sit a substantivo *μῆλον*, Dorice *μᾶλον*, ut *τράγος ὁ μᾶλος* sit *hircus dux pecoris*.

V. 6. Hæc verba tam vividis coloribus hircum describunt, ut, nisi a pastore qui cum altero colloquitur atque digito demonstrat profecta sint, prorsus inepta videantur, præsertim in epigrammate anathematico.

7.

Δάφνις ὁ λευκόχρως, ὁ καλᾷ σύριγγι μελίσδων
βωκολικὼς ὕμνως, ἄνθετο Πανὶ τάδε,
τὼς τρητὼς δόνακας, τὸ λαγωβόλον, ὀξὺν ἄκοντα,
νεβρίδα, τὰν πήραν, ᾇ ποκ' ἐμαλοφόρει.

Inscriptum in Anth. Pal. VI. 177. *ἀνάθημα τῷ Πανὶ παρὰ Δάφνιδος*. Theocrito tribuitur in editionibus et in appendice Planud. p. 516 Steph. Suidas Vol. II p. 548, 5 ed. Bernh. *Λευκόχρως, λευκὸν τὸ σῶμα ἔχων. ἐν ἐπιγράμματι Δάφνις ὁ λευκόχρως, ὁ καλῇ σύριγγι μελίσδων* librum qualis est Anthologia Pal. vel Planud. ante oculos habuisse censendus est, in quo epigramma anonymum legebatur.

V. 1. Pal. cum Suida *καλῇ*. Mirum est autem codicem Pal. qui habet vulgatas formas *καλῇ*, *βουκολικοὺς ὕμνους*, *τοὺς τρητούς*, eundem retinuisse Doricas formas *μελίσδων*, *τάν*, *ᾇ* (*αἷ* scriptum). Quam ob rem non dubitavi Brunckio auctore ubique revocare Doricas formas, quippe quas is qui bucolicum Theocriti fragmentum primus in epigrammatum numero collocavit cum vulgatis commutandas esse

censeret, parum tamen sibi constans temere atque imprudenter intactas relinqueret Doricas quas supra iam attulimus formas.

V. 3. τρητὼς δόνακας intellige *fistulam ex perforatis arundinibus compactam.* Doricas formas h. l. retinuit etiam Eratosthenes Schol. Anth. Pal. VI, 78.

V. 4. ἐμαλοφόρει, alludit ad morem amantium mala ad amatas suas perferendi. cf. idyll. 2, 120. 5, 10. 11, 10. KIESSLING.

SYMBOLÆ AD ETHICAM GRÆCORVM ELEGIAM.

Inde ab eo tempore, quo septem illi Græciæ sapientes rerum publicarum gubernacula tenebant, paullatim usu venit ut Tyrtæo auctore (de cuius *Eunomia* vide quæ disputavimus ad carminum reliquias p. 48 sqq. p. 78 sqq.) leges quædam civibus imprimis salutares morumque præcepta distichis mandarentur, neque mediocres exstiterunt poetæ elegiaci iidemque partim prudentissimi civitatium moderatores, Periander, Pittacus, Chilo, Solo, Theognis, Phocylides, alii.

I. PERIANDER Corinthius, Cypseli filius, [1]) quem circa Olympiadem XXXVIII floruisse dicunt, [2]) Diogene Laertio I, 97 auctore composuit ὑποθήκας εἰς ἔπη δισχίλια, qui quidem versus aut epici aut elegiaci fuisse videntur, quandoquidem idem Diogenes I, 67 Soloni quoque tribuit εἰς ἑαυτὸν ὑποθήκας, ἐλεγεῖα. Accedit Athenæi testimonium XIIII, 32 p. 632 D. Ξενοφάνης δὲ καὶ Σόλων καὶ Θέογνις καὶ Φωκυλίδης, ἔτι δὲ Περίανδρος ὁ Κορίνθιος ἐλεγειοποιός, καὶ τῶν λοιπῶν οἱ μὴ προσάγοντες πρὸς τὰ ποιήματα μελῳδίαν, ἐκπονοῦσι τοὺς στίχους τοῖς ἀριθμοῖς καὶ τῇ τάξει τῶν μέτρων, καὶ σκοποῦσιν ὅπως αὐτῶν μηδεὶς ἀκέφαλος ἔσται μήτε λαγαρὸς μήτε μείουρος. Vnde hoc certissime evincitur, Periandrum eodem fere modo quo Xenophanem, Solonem, Theognidem, Phocylidem ethica quædam præcepta metro elegiaco ita inclusisse ut nullos admitteret musicos modos sed elegias simpliciter recitaret: quorum tamen ingenii monumentorum, nisi dicta quædam memorabilia [3]) hinc manasse atque in pedestrem orationem transisse conieceris, nihil omnino ad nostram usque ætatem pervenit. Nam quod apud Suidam v. ἀμφιανακτίζειν Vol. I p. 297 ed. Bernh. Periandro adscribitur hexametri vel alius dactylici versus fragmentum, ἀμφί μοι αὖτις ἄνακτα, hoc ad Terpandrum referendum esse Küsterus iam erat suspicatus. Accedit scholium in Aristophanis Nub. 586 p. 117. ed. Bekker. ἔστι δὲ Τερπάνδρου ἀμφ' ἐμοὶ ἄνακτα ἑκατηβόλον. λείπει δὲ τὸ ᾆσον ἢ τὸ χόρευσον ἤ τι τοιοῦτον. καὶ το προοιμιάζεσθαι δὲ ἀμφιανακτίζειν ἔλεγον. εἰκότως δὲ μετὰ τὸν Ἥλιον ἀνυμνοῦσι τὸν Ἀπόλλωνα· ὅτι δὲ ὁ αὐτός ἐστιν Ἥλιος καὶ Ἀπόλλων δῆλον. τὸ δὲ αὖτε [4]) ἀντὶ τοῦ

[1]) Herodot. I, 23. [2]) Vid. Clinton. Fasti Hell. I p. 208 sq.

[3]) Quæ congessit C. E. Wagner de Periandro Corinthiorum tyranno septem sapientibus adnumerato (Darmstadii 1828) p. 32 sqq. quem tamen nullam omnino Periandri poetæ elegiaci mentionem fecisse merito admirere.

[4]) Quam quidem particulam Suidas servavit, scholiasta autem vel unus ex eius librariis temere eiecit in transcribendo Terpandri fragmento.

πάλιν. Postremo ubi in totum locum qualis apud Suidam legitur accuratius inquisiveris, disiecta eiusdem scholii membra deprehendes, ita ut illud quod supra proposuimus fragmentum de iusta sede motum esse facile tibi persuadeas: *ᾄδειν τὸν Τέρπανδρον νόμον τὸν καλούμενον ὄρθιον, ὁ αὐτῷ προοίμιον ταύτην τὴν ἀρχὴν εἶχεν· Ἀμφί μοι αὐτὸν* [sive *αὖτον* A. B.] *ἄναχθ' ἑκατηβόλον ᾀδέτω φρήν.* Vnde integrum hexametrum repones huncce:

Ἀμφί μοι αὖτις ἄναχθ' ἑκατηβόλον ᾀδέτω ἡ φρήν. *)

Deinde PITTACVM Mytilenæum, qui Olympiad. XXXXVII, 4 urbis patriæ æsymnetiam accepit,[5]) elegias condidisse memoriæ prodidit Diogenes Laertius I, 79. *ἐποίησε δὲ καὶ ἐλεγεῖα, ἔπη ἑξακόσια,* i. e. sexcentos versus metro elegiaco compositos. Præterea CHILO, Olympiad. LVI, 1 Spartanorum ephorus,[6]) teste eodem Diogene I, 68 ducentos fere versus elegiacos scripsit: *οὗτος ἐποίησεν ἐλεγεῖα εἰς ἔπη διακόσια.* Ipsarum vero neque Pittaci neque Chilonis elegiarum hodie quidquam superest.

II. PHOCYLIDES Milesius, Theognidis æqualis, circa Olympiadem LVIII vixisse narratur apud Cyrillum adv. Iulian. VII p. 225 ed. Spanhem. *πεντηκοστῇ καὶ ὀγδόῃ Ὀλυμπιάδι Φωκυλίδης καὶ Θέογνις ἐγενέσθην.* Porro apud Suidam: *Φωκυλίδης Μιλήσιος, φιλόσοφος, σύγχρονος Θεόγνιδος· ἦν δὲ ἑκάτερος μετὰ χμζ' ἔτη τῶν Τρωικῶν* (i. e. 647, quem quidem numerum si detraxeris ab anno 1184, efficietur annus 537 ante Christum natum sive Olympiadis LX annus quartus: sin autem Timæi rationem chronologicam sequutus Troiæ excidium vindicaveris anno 1191, computabis annum 544 sive Olympiadis LVIIII annum primum, cui optime convenit Suidæ numerus *νθ'* cf. Cluveri Sicil. Ant. II p. 501. Clintonis fast. Hell. II p. 9 ed. Krüger.), *Ὀλυμπιάδι γεγονότες νθ'. ἔγραψεν ἔπη καὶ ἐλεγείας, παραινέσεις ἤτοι γνώμας, ἅςτινας κεφάλαια ἐπιγράφουσιν.*

Sicut omnem Phocylidis poesim gnomicum quendam sive ethicum traxisse colorem ex paucissimis quæ supersunt fragmentis colligere licet, ita eundem distichis quoque inclusisse breves sententias recteque vivendi præcepta vero sane haud ita dissimile est. Nam quod de Theognidis et Phocylidis poesi in universum iudicavit Isocrates ad Nicoclem c. 12. *τούτους ἀρίστους γεγενῆσθαι συμβούλους τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων.* ad elegiacas quoque sententias referendum esse videtur. De forma autem eiusdem poesis audiendus est Dio Chrysostomus XXXVI, 40 p. 440. *Οὕτως καὶ τῆς τοῦ Φωκυλίδου ποιήσεως ἔξεστί τοι λαβεῖν δεῖγμα ἐν βραχεῖ· καὶ γάρ ἐστιν οὐ τῶν μακράν τινα καὶ συνεχῆ ποίησιν εἰρόντων, — ἀλλὰ κατὰ δύο καὶ τρία ἔπη αὐτῷ καὶ ἀρχὴν ἡ ποίησις καὶ πέρας λαμβάνει, ὥςτε καὶ προςτίθησι τὸ ὄνομα αὑτοῦ καθ' ἕκαστον*

*) Similiter fere a G. Hermanno ad Nub. p. 304 emendatum esse sero comperimus: *ἀμφί μοι αὖτε ἄναχθ' ἑκατηβόλον ᾀδέτω ἁ φρήν.* Nomum Terpandri heroico carmine scriptum notavit Photius cod. 339, p. 985.

5) Clinton. l. c. I p. 226. 6) Clinton. l. c. II p. 3 ed. Krüger.

διανόημα, ἅτε σπουδαῖον καὶ πολλοῦ ἄξιον ἡγούμενος. οὐχ ὥσπερ Ὅμηρος οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως ὠνόμασεν αὐτόν. ἢ οὐ δοκεῖ σοι εἰκότως προςθεῖναι Φωκυλίδης τῇ τοιαύτῃ γνώμῃ καὶ ἀποφάσει·

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· πόλις ἐν σκοπέλῳ κατὰ κόσμον
οἰκεῦσα σμικρὴ κρέσσων Νίνου ἀφραινούσης.

Quam formam quum poeta non solum aliis sententiis eodem heroico metro expressis (fragm. 2. 3. 6. apud Brunck. & Gaisford.) sed etiam uni quod etiamnunc servatum est disticho dederit, Chrysostomi illam descriptionem poesis Phocylideæ in elegiacum quoque genus quadrare haud erit improbabile.

Postremo Phocylidis carmina etiam decantari solita testis Chamæleon apud Athenæum XIIII, 12 p. 620 C. *Χαμαιλέων δ' ἐν τῷ περὶ Στησιχόρου καὶ μελῳδηθῆναί φησιν οὐ μόνον τὰ Ὁμήρου ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου, ἔτι δὲ Μιμνέρμου καὶ Φωκυλίδου.* **Illud autem** *μελῳδηθῆναι* **ad solam recitationem spectare, non adhibita musica quadam modulatione, docet idem Athenæus XIIII p. 632 D.** *Φωκυλίδης — καὶ τῶν λοιπῶν οἱ μὴ προςάγοντες πρὸς τὰ ποιήματα μελῳδίαν.*

ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΥ.

1.

Strabo X p. 747. *Ἔστι δὲ καὶ Ἀμοργὸς τῶν Σποράδων — καὶ Λερία.*

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· Λέριοι κακοί, οὐχ ὁ μέν, ὃς δ' οὔ,
πάντες πλὴν Προκλέους, καὶ Προκλέης Λέριος.

διεβέβληντο γὰρ ὡς κακοήθεις οἱ ἐνθένδε ἄνθρωποι.

Idem distichum, omisso tamen *προοιμίῳ καὶ τόδε Φ.* **reperitur apud Eustathium ad Dionys. Perieg. 530. Tum Demodocus Lerius Anth. XI, 235 Phocylidis distichum ita in Chios accommodavit:**

Καὶ τόδε Δημοδόκου· Χῖοι κακοί, οὐχ ὁ μέν, ὃς δ' οὔ,
πάντες πλὴν Προκλέους, καὶ Προκλέης Χῖος.

Idem paullo aliter in Cilices XI, 236.

Πάντες μὲν Κίλικες κακοὶ ἀνέρες· ἐν δὲ Κίλιξιν
εἷς ἀγαθὸς Κινύρης, καὶ Κινύρης δὲ Κίλιξ.

Ipsa illa procemii formula inde originem duxisse videtur, quod Phocylidis ætate poetis et falsi versus supponi et germani abiudicari cœperant. Sic Theognis 19 sqq.

Κύρνε, σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω
τοῖςδ' ἔπεσιν, λήσει δ' οὔποτε κλεπτόμενα,
οὐδέ τις ἀλλάξει κάκιον τοὐσθλοῦ παρεόντος·
ὧδε δὲ πᾶς τις ἐρεῖ· Θεύγνιδός ἐστιν ἔπη.
τοῦ Μεγαρέως. —

Etiam Thucydides, ut alios taceam, initio operis nomen suum posuit. Notanda est formula *ὁ μέν, ὃς δέ,* **de qua consule Matthiæ Gramm. Græc. §. 289 annot. 7.**

2.

Anthologia Palat. X, 117. *ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ.*

Γνήσιός εἰμι φίλος καὶ τὸν φίλον ὡς φίλον οἶδα,
τοὺς δὲ κακοὺς διόλου πάντας ἀποστρέφομαι.
οὐδένα θωπεύω πρὸς ὑπόκρισιν· οὓς δ' ἄρα τιμῶ,
τούτους ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους ἀγαπῶ.

Hæc disticha ad ethicum elegiarum genus spectare ipsum eorum argumentum prodit, et quanquam in numero epigrammatum *προτρεπτικῶν* Anthologiæ Palatinæ recensentur, maiori tamen iure Phocylidis gnomis elegiacis vindicare licet facem præferente G. E. Webero p. 257. 426.

V. 3. *θωπεύω* Planud. recte pro corrupta Palat. scriptura *ποθεύω*. Idem Palat. *οὓς δ' ἄρ' ἀτιμάσω*, littera *α* ab *ἄρα* divulsa et sequenti verbo temere præfixa, unde ineptus librarius alteram sibi finxit corruptelam *ἀτιμάσω*, quippe qui tantum saperet ut *ἀτιμάζειν* præferendum esse censeret formæ *ἀτιμᾶν*.

III. In eo quod ante hoc biennium de symposiaca Græcorum elegia edidimus programmate p. 31 post quartum EVENI fragmentum omisimus distichum eidem poetæ haud cunctanter vindicandum. Nimirum in appendice Stobæi florilegii a Gaisfordio editi Vol. IIII p. 10 (381 ed. Lips.) hocce legitur distichum:

Ἡγοῦμαι σοφίας εἶναι μέρος οὐκ ἐλάχιστον
ὀρθῶς γιγνώσκειν οἷος ἕκαστος ἀνήρ.

cui inscriptum est nomen *Ζήνου* haud dubie corruptum, Gaisfordio quidem iudice ex *Ζηνοδότου*. Quæ si vera est coniectura Zenodotus Ephesius intelligendus esse videtur, qui quum apud Suidam *μαθητὴς τοῦ Φιλητᾶ* nuncupetur, eiusdem magistri exemplum sequutus non solum grammaticæ atque criticæ disciplinæ sed lusibus quoque elegiacis subinde potest indulsisse. Distichum vero ipsum ethicum sive gnomicum traxit colorem, qualem Solo, Theognis, Phocylides, Xenophanes, Euenus elegiis induxerunt: quare scribendum potius *Εὐηνοῦ*, quam quidem emendationem eo probabiliorem esse iudicabis, quo lenior est medicina quam adhibuimus in hisce litterarum vestigiis *ΖΗΝΟΥ* (qualia exhibet codex ms. Florentinus) mutandis in *ΕΥΗΝΟΥ*, quod *ταχυγράφως* ita fere scriptum *ἠνου* (with *υ* written above) facile ansam potuit præbere scripturæ *Ζήνου*. Præterea distichi illius sententia optime congruit et cum Eueno sophista et cum eiusdem reliquiarum elegiacarum didactico argumento. Sensus enim est hicce: *Haud levis sane sapientiæ est recte cognoscere quales sint homines*, i. e. hominum mores et ingenia nosse (*richtige Menschenkenntnis*). *) Talis autem sententia minime abhorret ab Eueninæ poesis natura, qualem nuper Guilelmus Wagnerus de Euenis poetis elegiacis eorumque carminibus (Vratislaviæ 1838) p. 10 sq. diligenter adumbravit, philosophica et rhetorica. Nimirum Socrates in Platonis Phædro p. 267 A. *Τί μήν;* inquit, *καὶ ἔλεγχόν γε καὶ ἐπεξέλεγχον ὡς ποιητέον ἐν κατηγορίᾳ τε καὶ ἀπολογίᾳ. τὸν δὲ κάλλιστον Πάριον Εὐηνὸν εἰς μέσον οὐκ ἄγομεν, ὃς ὑποδήλωσίν τε πρῶτος εὗρε καὶ παρεπαίνους; οἱ δ' αὐτὸν καὶ παραψόγους φασὶν ἐν μέτρῳ λέγειν μνήμης χάριν· σοφὸς γὰρ ἀνήρ.* Intelligenda esse hoc loco eloquentiæ præcepta in versus redacta perspexit iam Leonardus Spengelius in libro de artium scriptoribus p. 92. Ex ipsis autem quæ ad nostram usque ætatem delata sunt elegiarum fragmentis luce clarius apparet Euenum præter leges rhetoricas locos quosdam communes ex sophi-

*) In promptu est quidem coniectura *οἷον ἕκαστος ἀνήρ*, sc. *ὀρθῶς γιγνώσκει*, ita ut poeta in communi hominum qui dicitur sensu haud mediocrem statuat inesse sapientiam. Sed librorum scriptura nihil præ se fert quod iure offendat.

starum disciplinis repetitos metro inclusisse, quos facilius memoriæ mandarent (*μνήμης χάριν*) ipsius discipuli sapientiæ studiosi. Habes igitur versus memoriales quibus summa philosophiæ Eueninæ capita comprehensa esse videntur.

IIII. Sola Anthologia Palatina X, 123. ÆSOPO nescio cui tria disticha adscripsit. Ipsum vero elegidium, quo plus malorum esse in vita quam bonorum et bona ipsa cum malis esse coniuncta pronuntiatur, Schæferus Meletem. p. 97 iure meritoque cultissimum dixit, pertinens illud quidem ad ethicum genus, quale Solonis, Theognidis, Phocylidis, Eueni, aliorum fuisse constat. Argumentum huius elegiæ ita differt a Cratetis fragmento 2, ut hoc parodicam induerit formam, illa autem gnomicam eamque simplicem nulloque parodico fermento fucatam præ se ferat speciem. Neque tamen, etiamsi verus sit *Æsopi* titulus, de fabularum isto scriptore cogitandum esse facile in animum tibi induxeris, quanquam poeta ipse ad remotiorem ætatem pertinuisse videtur.

Anthologia Palat. X, 123. *ΑΙΣΩΠΟΥ.* *)

Πῶς τις ἄνευ θανάτου σε φύγοι, βίε; μυρία γάρ σευ
λυγρά, καὶ οὔτε φυγεῖν εὐμαρὲς οὔτε φέρειν.
ἡδέα μὲν γάρ σου τὰ φύσει καλά, γαῖα, θάλασσα,
ἄστρα, σεληναίης κύκλα καὶ ἠελίου,
τἆλλα δὲ πάντα φόβοι τε καὶ ἄλγεα· κἤν τι πάθῃ τις
ἐσθλόν, ἀμοιβαίην ἐκδέχεται νέμεσιν.

V. 1. *Πῶς τις — φύγοι:* i. e. *quomodo quem mortem fugere quis censeat? wie möchte man dem Tode entrinnen?* Quod hominis est secum cogitantis quid statuat de morte effugienda. Quare non opus est Schæferi Melet. p. 97 coniectura *φύγῃ.* cf. ad Cratetis fragm. 2, 1.

V. 4. *κύκλα,* ut apud Leonid. Tar. ep. 49. *ἱερὰ κύκλα σελήνης* et *λαμπρὸς ἡλίου κύκλος* apud Sophocl. Ant. 416. IACOBS.

V. Æsopi nomen in caussa est ut mentionem faciamus *apologicæ elegiæ* a Socrate potissimum excoli cœptæ. SOCRATES enim Atheniensis, Sophronisci filius (natus Olympiad. LXXVIII, 1. defunctus Olymp. LXXXXV, 2.) omnium ille sapientissimus, qui primus philosophiam de cœlo vocavit, paucis ante mortem diebus poeticos quoque lusus instituit gravissimo quidem teste Platone, in cuius Phædone p. 69 poemata in carcere composuisse narratur, *ἐντείνας τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους καὶ τὸ εἰς τὸν Ἀπόλλω προοίμιον.* Iam Socrates se sæpius vidisse ait insomnium, quod sibi eadem semper præcepisset, ut musicam exerceret (*ὦ Σώκρατες, μουσικὴν ποίει καὶ ἐργάζου*), quod tamen ipse ad philosophiam rettulisset, *ὡς φιλοσοφίας μὲν οὔσης μεγίστης μουσικῆς, νῦν δ' ἐπειδὴ ἥ τε δίκη ἐγένετο καὶ ἡ τοῦ θεοῦ ἑορτὴ διεκώλυέ με ἀποθνήσκειν, ἔδοξε χρῆναι,*

*) Hoc nomen inscriptum habet Pal. *ἄδηλον* in Planud. p. 18 St. Iacobsius laudat etiam Stobaeum tit. XCVI p. 531 Gesn. sed in Gaisfordii editione florilegii haec disticha non repetuntur, unde apparet ea in codicibus Stobaei desiderari: probabile est igitur priores editores ea ex Anthologia in Stobaei florilegium propter argumenti similitudinem recepisse.

εἰ ἄρα πολλάκις μοι προστάττοι τὸ ἐνύπνιον ταύτην τὴν δημώδη μουσικὴν ποιεῖν, μὴ ἀπειθῆσαι αὐτῷ ἀλλὰ ποιεῖν· ἀσφαλέστερον γὰρ εἶναι μὴ ἀπιέναι πρὶν ἀφοσιώσασθαι ποιήσαντα ποιήματα, πειθόμενον τῷ ἐνυπνίῳ. οὕτω δὴ πρῶτον μὲν εἰς τὸν θεόν, ἐννοήσας ὅτι τὸν ποιητὴν δέοι, εἴπερ μέλλει ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν μύθους (i. e. *fabulas*) *ἀλλ' οὐ λόγους, καὶ αὐτὸς οὐκ ἦν μυθολογικός, διὰ ταῦτα δὴ οὓς προχείρους εἶχον καὶ ἠπιστάμην μύθους τοὺς Αἰσώπου τούτων ἐποίησα οἷς πρώτοις ἐνέτυχον.*[1] **Hinc intelligitur Socratem re vera Æsopi fabulas nescio quas metro cuidam inclusisse, quod tamen ipsum, etiamsi non in omnibus, in una tamen fabula elegiacum fuisse probat Diogenes Laertius II, 42.** *Σωκράτης — ἐποίησε δὲ καὶ μῦθον Αἰσώπειον οὐ πάνυ ἐπιτετευγμένως,*[2] *οὗ ἡ ἀρχή·*

Αἴσωπός ποτ' ἔλεξε Κορίνθιον ἄστυ νέμουσι 1
μὴ κρίνειν ἀρετὴν λαοδίκῳ σοφίῃ

Inepta est Grauerti suspicio in dissertatione de Æsopo et fabulis Æsopiis p. 54 prolata, se nunquam crediturum profitentis hos versus Socratis esse. «Socrates enim, inquit, leves aliquot quos fecerat versus paucis ante mortem diebus nec litteris consignare dignatus est neque dicere cuipiam qui pro admirandis eos posteris traderet.» Atqui dixerat Cebeti, qui illos versiculos et cum aliis et cum Eueno communicasse censendus est, quandoquidem Phædonis loco laudato Socratem hisce verbis alloquitur: *περὶ γάρ τοι τῶν ποιημάτων ὧν πεποίηκας, ἐντείνας τοὺς τοῦ Αἰσώπου λόγους καὶ τὸ εἰς τὸν Ἀπόλλω προοίμιον, καὶ ἄλλοι τινές με ἤδη ἤροντο, ἀτὰρ καὶ Εὐηνὸς πρῴην, ὅ τι ποτὲ διανοηθείς, ἐπειδὴ δεῦρο ἦλθες, ἐποίησας αὐτά, πρότερον οὐδὲν πώποτε ποιήσας.* **Ponamus Socratem ipsum poeticos illos ingenii lusus memoriæ tantum, non litteris mandasse, facile tamen fieri potuit ut idem quos memoriter tenuit versiculos quum aliis discipulis tum Cebeti memoriter recitaret, quos illi tanquam sacra et ultima magistri effata litteris consignarent eoque modo ad posteros propagarent.**

Athenæus XIIII, 25 p. 628 F. *Σωκράτης ἐν τοῖς ποιήμασι τοὺς κάλλιστα χορεύοντας ἀρίστους φησὶν εἶναι τὰ πολέμια ἔργα λέγων οὕτως·*

Οἳ δὲ χοροῖς κάλλιστα θεοὺς τιμῶσιν ἄριστοι 2
ἐν πολέμῳ ⏑⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ –

Quanquam licet dubitare in pentametrine an hexametri formam posterior versus sit redigendus: nimirum si fragmentum ex illo in Apollinem proœmio sive pæane (Diog. Laert. II, 42), qui ex continuis hexametris compositus esse perhibetur (Suidas l. c.), depromptum est, inane videlicet periculum fecimus in pentametri vestigiis premendis; sin autem ex eadem qua prius distichum vel alia quadam apologica elegia excerptus est, pentameter quoque habet quo defendatur. Et quum prius distichum ethicam quandam sive politicam præ se ferat speciem eademque haud aliena sit ab alterius fragmenti argumento, forsitan utrumque fragmentum ex eadem elegia decerptum sit.

[1]) cf. Plutarch. de audiendis poetis c. 2. Suidas v. *Σωκράτης*.
[2]) Sunt qui ex hoc vocabulo concluserint Socratem non ad finem perduxisse apologicam elegiam. at Diogenes de ipsa potius carminis forma parum perfecta cogitasse videtur.

DE SOPHOCLE MELANTHIO ARISTOTELE HEDYLA NICANDRO

POETIS ELEGIACIS.

I. Quemadmodum Æschylus in eos qui ad Marathonem pugnantes ceciderant, Euripides in Athenienses qui in calamitosa illa Sicula expeditione perierant elegias composuerunt, ita **SOPHOCLES** quoque Atheniensis, Sophili filius, nobilissimus ille atque *ἁρμονιώτατος* tragœdiarum poeta, scripsit elegiam, quæ tamen cuinam dedicata vel qualis fuerit incompertum habemus. Suidas v. *Σοφοκλῆς, Σοφίλου, Κολωνῆθεν Ἀθηναῖος, τραγικός, — ἔγραψεν ἐλεγείαν τε καὶ παιᾶνας καὶ λόγον περὶ τοῦ χοροῦ.* Huc spectat Erotiani glossa in Hippocratem p. 590. *Χάριτες, αἱ χαραί, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν ἐλεγείᾳ.* Vnde hoc fere colligitur, Sophoclis elegiam hilaris potius quam lugubris aut gravioris fuisse argumenti.

A tragicorum poetarum principe distinguendus est alter **SOPHOCLES** Atheniensis, Aristonis filius, illius autem nepos, qui primam tragœdiam docuit Olympiadis LXXXXVI anno primo [1]), idem elegiarum poeta referente Suida v. *Σοφοκλῆς, Ἀρίστωνος, υἱωνὸς δὲ τοῦ προτέρου Σοφοκλέους, τοῦ πρεσβυτέρου, Ἀθηναῖος, τραγικός. — ἔγραψε καὶ ἐλεγείας.* Ex his elegiis (quandoquidem *τοῦ πρεσβυτέρου* una tantum laudatur elegia) depromptus esse videtur pentameter in Hephæstionis enchirid. p. 8 ed. Gaisford. *τὸ τοῦ Ἀρχελάου ὄνομα Σοφοκλῆς ἐν ταῖς ἐλεγείαις οὐκ ᾤετο ἐγχωρεῖν οὔτε εἰς ἔπος οὔτε εἰς ἐλεγεῖον.* [2]) *φησὶ γοῦν·*

Ἀρχέλεως· ἦν γὰρ σύμμετρον ὧδε λέγειν.

Hic locus obversatus est Eustathio ad Iliad. II, 494 p. 264 ed. Rom. *οὕτω καὶ Πηνέλεως Ἀττικῶς, οὗ τὸ κοινὸν ἄχρηστον ἡρωικῷ μέτρῳ, ἤγουν τὸ Πηνέλαος· τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ Ἀρχέλεως ἐν Τραχινίαις.* Quod tamen nomen quum nusquam in Sophoclis Trachiniis exstet, scribendum est *ἐν Σοφοκλέους ἐλεγείαις,* quod compendio quodam expressum depravationi ansam dedit: notiores videlicet fuere Sophoclis Trachiniæ quam elegiæ. Ceterum quod in cod. scriptum est *τὸ σύμμετρον,* id sane *ἄμετρον.*

Alterum elegiarum frustulum servavit Harpocratio p. 50. *Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι, Δημοσθένης προοιμίοις δημηγορικοῖς. Σοφοκλῆς μὲν οὖν ἐν ταῖς ἐλεγείαις Σόλωνός φησιν αὐτὸ εἶναι ἀπόφθεγμα.*

II. **MELANTHIVS** Atheniensis, Philoclis filius, intima Cimonis familiaritate usus præter tragœdias, quas Aristophanes aliique poetæ comici acriter pertrinxerunt, elegias quoque scripsisse proditur apud Athenæum VIII, 50 p. 343. C. *Μελάνθιος ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς ἔγραψε καὶ ἐλεγεῖα· κωμῳδοῦσι δ' αὐτὸν ἐπ' ὀψοφαγίᾳ Λεύκων ἐν Φράτορσιν, Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ, Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ, ἐν δὲ τοῖς Ἰχθύσιν Ἄρχιππος τῷ δράματι ὡς ὀψοφάγον*

[1]) Vid. Clinton. fast. Hell. II p. 101 ed. Krüger.

[2]) i. e. neque in hexametrum neque in pentametrum. Sic emendanda librorum scriptura *εἰς ἐλεγείαν.* cf. de lugubri Græc. elegia Spec. I p. 4.

δήσας παραδίδωσι τοῖς ἰχθύσιν ἀντιβρωθησόμενον. [3]) Iam apud Plutarchum Cim. c. 4 Melanthius laudatur *πρὸς τὸν Κίμωνα παίζων δι' ἐλεγείας*, unde probabiliter colligere licet Melanthii elegias partim saltem fuisse *παίγνια ἐρωτικά*, qualia et Cimonis et ipsius Melanthii vitæ rationibus convenire videntur; nam eodem Plutarcho teste *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅλως φαίνεται τοῖς περὶ τὰς γυναῖκας ἐρωτικοῖς ὁ Κίμων ἔνοχος γενέσθαι. καὶ γὰρ Ἀστερίας τῷ γένει Σαλαμινίας καὶ πάλιν Μνήστρας τινὸς ὁ ποιητὴς Μελάνθιος μνημονεύει πρὸς τὸν Κίμωνα παίζων δι' ἐλεγείας ὡς σπουδαζομένων ὑπ' αὐτοῦ*, i. e. mulierum a Cimone ex animo (*σπουδῇ*) amatarum. Idem Melanthius Polygnotum pictorem distichis celebravit, nescio an occasione oblata, qua poeta Cimonis amores ludibundus memoravit, quippe cuius sororem Elpinicen Polygnotus adeo amasse dicatur, ut eam in Pœcile a se picta Laodicen fingeret. [4]) Plutarchus l. c. *Ἔτι δὲ νέος ὢν [ὁ Κίμων] αἰτίαν ἔσχε πλησιάζειν τῇ ἀδελφῇ. καὶ γὰρ οὐδ' ἄλλως τὴν Ἐλπινίκην εὔτακτόν τινα γεγονέναι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς Πολύγνωτον ἐξαμαρτεῖν τὸν ζωγράφον· καὶ διὰ τοῦτό φασιν ἐν τῇ Πλησιανακτίῳ τότε καλουμένῃ, Ποικίλῃ δὲ νῦν στοᾷ γράφοντα τὰς Τρῳάδας τὸ τῆς Λαοδίκης ποιῆσαι πρόσωπον ἐν εἰκόνι τῆς Ἐλπινίκης. ὁ δὲ Πολύγνωτος οὐκ ἦν τῶν βαναύσων οὐδ' ἀπ' ἐργολαβίας ἔγραφε τὴν στοάν, ἀλλὰ προῖκα φιλοτιμούμενος πρὸς τὴν πόλιν, ὡς οἵ τε συγγραφεῖς ἱστοροῦσι καὶ ΜΕΛΑΝΘΙΟΣ ὁ ποιητὴς λέγει τὸν τρόπον τοῦτον·*

Αὐτοῦ γὰρ δαπάναισι θεῶν ναοὺς ἀγοράν τε
Κεκροπίαν κόσμησ' ἡμιθέων ἀρεταῖς.

V. 1. Polygnotum Athenis porticum quæ Pœcile vocatur gratuito pinxisse testis est etiam Plinius N. H. XXXV, 9, 59. De parietibus templorum a Polygnoto pictis vid. Silligii catalog. artificum p. 376 sqq. — *ἀγοράν τε Κ.* i. e. in foro Atheniensium, ubi sita erat Pœcile.

V. 2. Vulgatam librorum scripturam *κόσμησε καὶ ἡμ. ἀγοραῖσιν* primus correxit Reiskius. Dixit autem *ἡμιθέων ἀρεταῖς* propterea quod in Pœcile excidium Troiæ pictum erat. cf. Sillig. l. c.

III. ARISTOTELEM Stagiritam (natum Olymp. 99, 1. defunctum Olymp. 114, 3.) præter ampliora quæ condidit ingenii ac sapientiæ monumenta per horas subsecivas ad poesim quoque fovendam animum advertisse testatur catalogus librorum a philosopho scriptorum, quo quidem extremo a Diogene Laertio V, 27 recensentur *ἔπη ὧν ἀρχή· Ἁγνὲ θεῶν πρέσβισθ' ἑκατηβόλε· ἐλεγεῖαι ὧν ἀρχή·*

Καλλιτέκνου μητρὸς θύγατερ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓ 1

Recepimus scripturam *καλλιτέκνου* e cod. Monac. ed. Frob. & Buhl. respicientes ad Horatianum versiculum carm. I, 16, 1. *O matre pulcra filia pulcrior.* Vulg. *καλλιτέχνου.* Cuius autem matris

[3]) De Melanthii gulositate ac voracitate a poetis comicis irrisa accuratius disputavit Th. Bergkius de reliquiis comœdiæ Att. ant. p. 340 sq.

[4]) Vid. C. A. Böttiger kleine Schriften I p. 312. 319.

filiam alloquutus sit poeta incompertum habemus, neque coniecturis ea difficultas ad liquidum perduci posse videtur, quanquam G. E. Weberus cogitavit de Sapientia vel simili dea, G. H. Bodeus in historia poesis Græc. II p. 282 ex ipso exordio totam elegiam eroticam fuisse paullo festinantius coniecit: quibus in tenebris præstat haud dubie *ἃ μὴ οἶσθα οὐδὲ οἴεσθαι εἰδέναι.*

Vnam ex iis quas composuisse narratur elegiis Aristoteles misit ad Eudemum Cyprium (cf. Cicero de divinat. I, 25), unde Weberus sine iusta ratione etiam fragmentum 1 depromptum esse opinatur. Olympiodorus enim commentario in Platonis Gorgiam inedito apud Letronneum in doctorum Parisiensium diario (*Journal des Savans 1852*) p. 745 memoriæ prodidit Aristotelem non solum singulari libro Platonis vitam scripsisse, sed etiam distichis celebrasse summum magistrum: *Οὐ μόνον δὲ ἐγκώμιον ποιήσας [ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ] αὐτοῦ ἐπαινεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐλεγείοις τοῖς πρὸς Εὔδημον αὐτὸν ἐπαινῶν Πλάτωνα ἐγκωμιάζει γράφων οὕτως·*

ἐλθὼν δ' ἐς κλεινὸν Κεκροπίης δάπεδον 2
εὐσεβέως σεμνῆς φιλίης ἱδρύσατο βωμὸν
ἀνδρὸς ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις,
ὃς μόνος ἢ πρῶτος θνητῶν κατέδειξεν ἐναργῶς
οἰκείῳ τε βίῳ καὶ μεθόδοισι λόγων,
ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίνεται ἀνήρ·
οὐ νῦν δ' ἔστι λαβεῖν οὐδενὶ ταῦτα ποτέ.

Sunt qui hanc elegiam ab ipso Aristotele scriptam esse negent, idoneam tamen eius opinionis rationem reddere supersederint. Mihi quidem Weberi aliorumque virorum satis acutorum vestigia prementi illis in distichis nihil inesse videtur quod indignum sit Aristotele eiusque ætate: immo integrum pietatis documentum atque animum volgi invidia superiorem discipulus prodidit versibus simplicitate et sinceritate æque conspicuis.

V. 2 sq. Hoc distichum in epigrammatis formam redactum habes in Ammonii vita Aristotelis p. 46 ed. Bip. *ὅτι πολλὴν εὔνοιαν ἔσχε πρὸς τὸν Πλάτωνα ὁ Ἀριστοτέλης δῆλον ἐκ τοῦ καὶ βωμὸν ἀνιερῶσαι τῷ Πλάτωνι ἐν ᾧ ἐπέγραψεν οὕτω·*

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τόνδε Πλάτωνος,
ἀνδρὸς ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

cf. ad Theocriti eleg. fragm. 7. p. 17.

V. 3. Quod perperam edebatur *ὃν οὐτ' αἰνεῖν* correxeram, antequam Letronneo intercedente veram codicis scripturam cognovi *ὃν οὐδ' αἰνεῖν*, *quam ne laudare quidem malos homines decet*, i. e. qui tantopere eminet ut non vituperatione solum sed etiam laude profani vulgi superior sit.

V. 5. E vita et rationibus allatis docuit quomodo quis et bonus et beatus esse possit. Plato enim felicitatem in vita honesta ponendam esse censebat. Vide Tennemann. systema phil. Platon. IIII p. 62 sq. Buhle hist. philos. T. III p. 215 sqq. IACOBS.

IIII. HEDYLA, Moschinæ Atticæ iamborum poetriæ filia, quæ quum Hedylus poeta epigrammaticus, ipsius filius, Callimachi æqualis fuisse narretur, *) circa Olympiadem CXX floruisse censenda est, carmen quod composuit elegiacum *SCYLLAM* inscripsit teste Athenæo VII, 48 p. 297 B.

*) Vid. Iacobsii animadv. in Anth. Græc. III, 3 p. 899 sq.

Ἡδύλος δ' ὁ Σάμιος ἢ Ἀθηναῖος Μελικέρτου φησὶν ἐρασθέντα τὸν Γλαῦκον ἑαυτὸν ῥῖψαι εἰς τὴν θάλασσαν. ΗΔΥΛΗ δέ, τοῦ ποιητοῦ τούτου μήτηρ, Μοσχίνης δὲ θυγάτηρ τῆς Ἀττικῆς, ἰάμβων ποιητρίας, ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σκύλλῃ ἱστορεῖ τὸν Γλαῦκον ἐρασθέντα Σκύλλης ἐλθεῖν αὐτῆς εἰς τὸ ἄντρον

ἢ κόγχου δώρημα [φέροντ'] Ἐρυθραίης ἀπὸ πέτρης
  ἢ τοὺς ἀλκυόνων παῖδας ἔτ' ἀπτερύγους
τῇ Νύμφῃ δυσπείστῳ ἀθύρματα· δάκρυ δ' ἐκείνου
  καὶ Σειρὴν γείτων παρθένος ᾠκτίσατο·
ἀκτὴν γὰρ κείνην ἀπενήχετο καὶ τὰ σύνεγγυς
  Αἴτνης . . . .

Glaucus igitur Scyllæ amore incensus, quam poetria nympham formosam atque amabilem, non monstrum horrendum sibi cogitavit, in caussa est ut illud poema amatorium fuisse arbitremur. Verba *τὸν Γλαῦκον ἐρασθέντα Σκύλλης ἐλθεῖν αὐτῆς εἰς τὸ ἄντρον* **in pedestrem orationem transcripta ad ipsum carminis argumentum pertinent:** *ἄντρον* **autem est idem quod in Homeri Odyss. XII, 84 dicitur** *κοῖλον σπέος*, **in quo Scylla habitabat.**

V. 1. Libri A. B. C. P. V. versum suppeditant *ὑπέρμετρον·*

ἢ κόγχου δώρημα φέροντ' Ἐρυθραίης ἀπὸ πέτρης,

quam ob rem Casaubonus edidit *ἐρυθρᾶς*, **i. e.** ***a rubra petra*****, quod tamen et ipsum metro repugnat, quia illius adiectivi penultima a poetis solet produci h. l. correpta. Itaque Schweighæuserus proposuit** *Ἐρύθης*, **quod idem valeret atque** *Ἐρυθείης*, **ut intelligeretur illa poetarum fabulis celebrata insula** ***Erythea*** **vel** ***Erythia*** **in Atlantico mari olim prope Hispaniæ oram sita. cf. Hesiodi Theog. 983. Qua quidem in coniectura acquievit etiam G. E. Weberus. At medicina multo lenior mihi sese obtulit participium** *φέροντ'* **non ad Hedylæ sed ad Athenæi verba referenti, unde prodiret hexameter omnibus numeris absolutus. Altera exoritur quæstio, quænam intelligenda sit** *Ἐρυθραίη πέτρη*. **Iam quum Glaucus deus marinus natione esset Bœotus, nescio an cogitandum sit de Bœotico oppido quod Homerus Iliad. II, 499 nominavit** *Ἐρύθρας*. **Præterea in promptu est** *Ἐρυθραῖον ἄκρον* **in Creta insula situm. Sed verius esse videtur quod Dalecampius** ***concham ex Erythræis scopulis*** **interpretatus annotavit in ora: «*****Concham Veneream*** **supra Amathitin quæ affertur e mari rubro. Propertius [III, 11, 6.]** ***Venit et e rubro concha Erycina salo.*****"**

V. 3. *Νύμφῃ* **scripsimus littera initiali quadrata, ne quis sponsam sive nuptam potius quam Nympham marinam intelligendam esse opinetur. cf. ad Parthenii fragm. 18, 3. —** *δυσπείστῳ* **emendavit Heringa observ. p. 287.** *δύσπιστος* **D. P. Q. V. L. unde Casaubonus dederat** *δυσπίστῳ*, ***inexorabili*** **interpretatus, quanquam illud est** ***is cui difficulter haberi fides possit***, *δύσπειστος* **vero** ***qui difficulter sibi aliquid persuaderi patitur.***

V. 4. *Σειρὴν γείτων* **non potest alia intelligi nisi** *Χάρυβδις*, **quam Hedyla eodem modo quo Scyllam virginem eamque Sirenem sibi finxit. Homer. Od. XII, 85 sqq.**

ἔνθα [ἐν κοίλῳ σπῆι] δ' ἐνὶ Σκύλλη ναίει δεινὸν λελακυῖα,
τῆς ἤτοι φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος νεογιλῆς
γίγνεται, αὐτὴ δ' αὖτε πέλωρ κακόν. κ. τ. λ.

V. 104. τῷ δ' ὑπὸ δῖα Χάρυβδις ἀναῤῥοιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.

Extremo versu cod. B. *ὠκτίσατο* **omisso iota subscripto, P. V. L.** *οἰκτίσατο*

V. 3. *κείνην* accipe de littore Scyllæ et Charybdidis antris adverso, quo Glaucus ob durum Scyllæ animum suspiria ab imo pectore duxisse atque lacrimas effudisse censendus est. Illud autem littus Siculum fuisse affirmant quæ explicandi gratia adduntur verba *καὶ τὰ σύνεγγυς Αἴτνης*, sc. *χωρία*.

V. **NICANDER** Colophonius sive Clarius, Apollinis Clarii sacerdos, medicus, poeta, inde ab anno fere 182 a. Chr. n. Ptolemæo Epiphane Ægyptiorum rege floruisse narratur. [1]) Iam I. G. Schneiderus in Nicandri fragmentorum numero collocavit etiam elegiaca, quæ tamen quo iure *τοῖς Ἑτεροιουμένοις* assignaverit incompertum habeo, quippe qui opus illud instar Ovidii Metamorphoseon ad ipsius Nicandri exemplum compositarum totum hexametrum potius quam partim elegiacum fuisse ex reliquorum fragmentorum ratione mihi persuaserim. Suidas autem Vol. II p. 982 ed. Bernh. Nicandrum præter *Θηριακά, Ἀλεξιφάρμακα, Γεωργικά, Ἑτεροιουμένων βιβλία πέντε κ.τ.λ.* scripsisse ait *καὶ ἄλλα πλεῖστα ἐπικῶς*. unde hoc certissime evincitur, plurima quidem Nicandri poemata versibus heroicis, nonnulla autem alio metro fuisse inclusa. Vnum igitur alterumve carmen elegiacum fuisse produnt fragmenta, quæ tamen ad quemnam titulum referenda sint, nisi ex ipsarum argumento collegeris, aliunde vix ad liquidum perduces. Iam vero ipsum distichorum argumentum in caussa est ut *Ὀφιακά* in scholiis ad Ther. 377 laudata [2]) elegiaca fuisse coniiciamus: ea enim, sicut *Θηριακά* de bestiis venenatis et adversus illas remediis, ita de venenato ac mortifero serpentum morsu eiusque remediis conscripta esse videntur. Sic poeta in Ophiacis narrasse censendus est vite Bacchum enecasse *ἀμφίσβαιναν*, serpentum genus, quæ alio instrumento occidi non posset (fragm. 1). Tum Clari lucus Apollini sacer viperis, phalangiis, scorpiis aliisque mordacibus bestiis vacuus esse dicitur (fragm. 2). Præterea Nicander distichis exposuit mortiferum cerastarum morsum insanabilem esse, nisi Psyllus quidam Libycus ad curandum accessisset, qui vel solam salivam morsui inspueret, vel aquam intra dentes haustam, deinde in poculum iniectam vulnerato exsorbendam traderet, vel si veneni acerbitas acrius invaluisset ægrotanti nudo nudus accumberet et suo corpore morbi vim frangeret (fragm. 3). Superest pentameter (fragm. 4), quem ad opus *Ἑτεροιουμένων* pertinere monuerunt iam olim interpretes Pollucis comparantes Antonini Liberalis c. 31. ubi eadem auctore non nominato narrantur. In quorum sententiam pedibus ivit Schneiderus. Et profecto verba *καὶ διὰ τοῦτο ἀπελιθώθησαν* illam coniecturam firmarent, nisi hæc verba a Polluce explicandi gratia addita quam ex ipsius Nicandri opere excerpta esse probabilius esset. Obstat autem ipse ille pentameter, quem ab *Ἑτεροιουμένων* libris alienum esse supra iam sumus suspicati. Dubium est igitur ex quonam Nicandri poemate illud fragmentum decerptum sit.

1) Vid. Fabricii bibl. Græc. IIII p. 344 sqq. Schneideri præf. ad Nicandri Ther. p. XII sqq. Clinton. fast. Hell. III p. 73 sq.

2) Præterea Suidas v. *Πάμφιλος* hunc grammaticum commentarios scripsisse ait *εἰς τὰ Νικάνδρου ἀνεξήγητα καὶ τὰ καλούμενα Ὀφιακά*. cf. Niclas prolegomena ad Geopon. p. LXIIII sq.

ΟΦΙΑΚΑ.

1.

Schol. ad Nicandri Ther. 577 p. 76. ed. Schneider. *Φασὶ δὲ μήτε ξύλῳ μήτε ἑτέρῳ τινὶ ἀναιρεῖσθαι τὸ ζῶον [τὴν ἀμφίσβαιναν] εἰ μὴ ἀμπέλῳ· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ΝΙΚΑΝΔΡΟΣ ἐν τοῖς Ὀφιακοῖς φησι Διόνυσον ἐμμανῆ γενόμενον ὑπὸ τῆς Ἥρας ὑπνῶσαι, τὴν δ' ἀμφίσβαιναν πεδῆσαι αὐτοῦ τὰ σκέλη, τὸν δ' ἀναστάντα καὶ πλήξαντα τῷ κλήματι αὐτὴν ἀποκτεῖναι· ὅθεν ἔτι καὶ νῦν κλήματι τελευτᾷ.*

